MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80314-11

AUTHOR: DIETERICH, ALBRECHT

TITLE: PROLEGOMENA AD PAPYRUM MAGICAM

PLACE: LIPSIAE

DATE: 1888

Master Negative #
91-80314-11

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887.17
Z8
v.1

Dieterich, Albrecht, 1866-1908.
Prolegomena ad papyrvm magicam Mvsei Lvgdvnensis Batavi. Dissertatio...qvam...defendet scriptor Albrechtvs Dieterich... Lipsiae, typis B. G. Tevbneri, 1888.
p. 749-779 22½ cm.

Thesis, Bonn,1888.
"Quae secuntur pars est commentationis...quae inscribitur"Papyrus magica Musei Lugdunensis Batavi quam C. Leemans edid⁀it in Papyrorum Graecarum t.II(V) denuo edidit commentario critico instruxit prolegomena scripsit A.D." Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA ~~IIA~~ IB IIB
DATE FILMED: 10-30-91 INITIALS ER
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

PROLEGOMENA
AD
PAPYRVM MAGICAM
MVSEI LVGDVNENSIS BATAVI

DISSERTATIO PHILOLOGA
QVAM
AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE IMPETRANDOS
AMPLISSIMO IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA
RHENANA PHILOSOPHORVM ORDINI
TRADITAM VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS
DIE XIV MENSIS AVGVSTI ANNI MDCCCLXXXVIII HORA XII
PVBLICE DEFENDET
SCRIPTOR

ALBRECHTVS DIETERICH
HASSVS

ADVERSARII ERVNT:
SIEGFRIEDVS SVDHAVS CAND. PROB.
ERNESTVS MEYER SEM. REG. SOD.
AEMILIVS GENNIGES SEM. REG. SOD.

LIPSIAE
TYPIS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXVIII

PATRI

ET

PRAECEPTORIBVS

FRANCISCO BVECHELER

EDVARDO LVEBBERT

HERMANNO VSENER

L · M

Quae secuntur pars est commentationis ab ordine philosophorum Bonnensium hoc anno coronatae, quae inscribitur 'Papyrus magica musei Lugdunensis Batavi, quam C. Leemans edidit in papyrorum Graecarum tomo II (V). denuo edidit commentario critico instruxit prolegomena scripsit A. D.'

Quae restant — prolegomenon III De tempore papyri, IV Analecta de partibus quibusdam papyri; papyrus ipsa apparatu critico instructa; indices — edentur una cum his schedulis in supplemento sexto decimo annalium philologicorum et prostabunt in aedibus B. G. Teubneri.

Paginarum numeri sunt supplementi sexti decimi annalium philologicorum.

Prolegomena.

Terra mater in dies plures prodit thensauros filiis philologis. Aegyptiorum sepulcra minus exspectata quam multa plane inexspectata ad lucem misere.

Libri magici graeci in papyris scripti, quorum primi anno 1865 editi sunt, nunc iam octo prostant, postquam Carolus Wessely hoc ipso anno quattuor huiusmodi chartas publici iuris fecit: plane nouum litterarum genus.

Hae sunt papyri:

pap. Berolinensis I ed. G. Parthey in act. acad. litter. Berol. 1865 p. 120 sqq.
pap. Berolinensis II ib. p. 150 sqq.
pap. mus. Lugdun. Bataui J 384 (V) ed. C. Leemanns in pap. graec. mus. Lugd. Bat. II 1885 p. 10 sqq.
pap. mus. Lugd. Bat. J 395 (W) ib. p. 82 sqq.
pap. Parisina (biblioth. nation.) ed. Carolus Wessely in: 'Denkschriften der kaiserl. Acad. der Wissensch. zu Wien'. Phil.-hist. Classe. XXXVI. 1888 p. 44 sqq.
pap. mus. britann. XLVI. ib. p. 127 sqq.
pap. Mimaut du Louvre 2391 ib. p. 139 sqq.
pap. mus. britann. XLVII. ib. p. 149 sqq.[1])

Permultum adferunt nouae scientiae haec monumenta, quae omnia quin gnostica sint i. e. doctrinam ac philosophiam illam quam uocare solemus gnosin sapiant iam dubitari nequit. discendum est ex his papyris solis qualem re uera se praebuerit gnosis ut ita dicam uolgaris; intellegendum quanta ac qualis fuerit deorum ac religionum commixtio illis saeculis. ac fundamento sint oportet hae chartae, si quis de natura atque historia superstitionum antiquarum quaerere uelit. accedit quod ad linguam graecam huius aetatis pernoscendam adhuc misere neglectam permulta insunt utilissima.

Nec uero ulla res iam consummata est, dum incipit: attamen incipienda est.

Papyrus musei Lugdun. Bat. J 384 digna est quae seorsum tractetur. quam emendandam et explicandam proposuit proximo

1) Quod has quattuor papyros statim typis expressas adhibere mihi licuit ad mea studia, debeo Vseneri benignitati.

anno ordo philosophorum Bonnensium. praemium merui. ac papyrum editurus emendatam ut certiore uterer fundamento, ipse denuo contuli in museo Lugdunensi Batauo, ubi chartas liberrime adhibere Leemansii singulari benignitate mihi licuit.

Sane non est obliuiscendum Leemansii, Aegyptologi celeberrimi, egregie de hoc monumento meriti, qui primus papyri litteras legit atque enucleauit. retractare multo facilius, sed hoc esse retractandum uix quisquam negabit homo philologus.

Hac quidem papyro usus exemplo ac protypo id egi, ut illustrarem omne hoc litterarum genus, ut historiam ac naturam librorum magicorum eorumque originem patefacerem. nec non uolui quo modo cum aliis libris ac monumentis haec coniuncta sint adumbrare ac notis grammaticis subiunctis aliisque indiculis parare ad usum utilem hoc quidem monumentum. quantum fructus ad singulas res superstitiosas antiquas pernoscendas hinc capiendum esset, primo impetu congerere non potui. nec in ea quae tractanda sunt Aegyptologis — optime hanc quidem prouinciam Leemansius adnotationibus editioni adsertis administrare coepit — inquirere potui; pauca adnotaui quamuis manca, ne necessaria omitterem.

Papyrus musei Lugdunensis Bataui J 384 uidetur inuenta esse in sepulcro Thebano. quam J. d'Anastasy, qui legati Suedici munere fungebatur Alexandriae, acceptam olim ab Arabibus postea tradidit Batauis una cum aliis papyris; quo factum est, ut prior pars chartae usque ad p. VII anno 1828, posterior anno 1830 transueherentur Leidam, ubi nunc utraque pars inter tabulas uitreas pressa diligentissime seruatur. quoniam pap. J 383 Thebis inuentam esse constat, ibidem positam fuisse et hanc apparet, cuius fragmenta cum illa coniuncta ac mixta deferebantur.[1]) ac si reputabimus, ubinam maiores quidem chartae in Aegypto inueniri soleant, statuere licebit in sepulcro positam fuisse papyrum. memineris uerborum Plinii de Democrito dictorum, qui Dardani magi uolumina ex eius sepulcro petiisse fertur.[2])

Tredecim plenae paginae graecae scriptae sunt in papyro, praemissae uero duae, adnexae quattuor demoticae, quibus fragmenta graeca nimis lacera inserta sunt. de demoticis quae neglego uide Leemansii monum. Aegypt. II, tab. CCXXVI et CCXXVII.

1) Cf. Leemans. pap. graec. II p. 6.
2) Hic sensus sit oportet loci libr. XXX 9, quamquam libri plerique tradunt 'uoluminibus Dardani in sepulcrum eius petitis', unus tantum codex 'a sepulcro'.

I. De papyrorum magicarum natura atque historia.

1. De libris pseudepigraphis.

Papyrus est liber magicus. formulis uero magicis et incantationibus alchymica et astrologica inserta sunt fragmenta ita ut quam arte coniunctae fuerint olim hae artes superstitiosae uideamus.[1]) quorum librorum magicorum indolem ac naturam luculentius perspiciemus, si de scriptis hisce et scriptoribus nonnulla antiquitus tradita conscripserimus.

Magicos libros et Lucianus memorat ut in Philops. par. 39, ubi dicentem facit magum ἱερά τινα ἐκ βίβλου παλαιᾶς ὀνόματα ἑπτά — et ib. 57, ubi incantator τὰς βίβλους λαβὼν addit: εἰσὶ δέ μοι Αἰγύπτιαι μάλα πολλαὶ περὶ τῶν τοιούτων. Paulus in sentent. libr. V tit. XXIII statuit, ne quis apud se habeat 'libros magicae artis'. postea Ammianus Marcellinus XXIX 1, cum anno 371 sub Valente a Christianis magos uexatos et caesos esse tradat, addit haec: 'congesti innumeri codices et acerui uoluminum multi sub conspectu iudicum concremati sunt e domibus eruti uariis ut illiciti ad leniendam caesorum inuidiam' et tum: 'inde factum est per orientales prouincias ut omnes metu similium exurerent libraria omnia: tantus uniuersos inuaserat terror'. nec obliuiscaris narrari iam in act. apostol. 19, 19 christianos Ephesios concremasse magorum τὰς βίβλους, quae pretio aequasse L milia drachmarum feruntur.

Tales codices seruatos nunc habemus similesque putes, quos Diocletianum maximam partem alchymicos in Aegypto cremari iussisse tradunt Suidas aliique.[2]) multi uero codices eiusmodi chemici adhuc seruantur in bibliothecis, plurimi nondum publici iuris facti.

Permulti magici argumenti libri apud scriptores commemorati, qui modo maxime uario inscribuntur, attribuuntur scriptorum nominibus siue ignotis siue notissimis. ac quoniam partes papyrorum ipsarum uidemus adscriptas huiusce generis auctoribus, nonnulla colligantur, ut quid de hac re iudicandum sit, intellegamus. incipiamus a nominibus, quae in pap. V occurrunt.

p. IV 16 figura in linteolo delineanda est κατ' Ὀστάνην. permultis locis commemoratur ille Ostanes uel Osthanes uel Hostanes

1) Cf. Vsener, 'De Stephano Alex.' ind. lect. Bonn. aest. 1879 p. 9.
2) Vid. Kopp, 'Beiträge zur Gesch. der Chemie' p. 87.

apud scriptores posterioris aeui ut Plinium Apuleium Suidam, medicos auctores et ecclesiasticos[1]), qui fuerit summus magus, qui primus de magica arte sit commentatus, qui libros non modo magicos sed etiam chemicos[2]) et astrologicos scripserit. quasi dux habetur et archegetes artis praecipue magicae. nec quidquam ualet, quod alterum Ostanem tradunt Xerxem comitatum uelut semina artis portentosae insparsisse Graeciae, alterum Ostanem Alexandrum magnum secutum orbem terrarum peragrasse et artem propagasse.[3]) uides enim, quomodo et Graeci et barbari clarissimum magum sibi magistrum acquisiuerint. notandum est praeterea in pap. Paris. u. 2006 praecepta magica ornata esse titulo βαcιλεῖ Ὀcτάνῃ Πίτυc χαίρειν. iam rex est hariolator!

Praeceptor erat Ostanes D e m o c r i t i[4]), cuius fama paene aequauit praeceptorem. cui in pap. V (p. XI 1) adscribitur cφαῖρα illa iatromathematica: προγνωcτικὸν ζωῆc καὶ θανάτου. clarissimum uero Abderitam non licere in hanc nebulonum societatem deducere intellexerunt. etenim iam ante Plinii aetatem coepit Democriti nomen adscribi libellis superstitiosis[5]): impostores haud pauci primis p. Chr. saeculis opera sua celebrato nomine ornarunt magi astrologi medici geoponici imprimis chemici; quasi liber librorum erat Δημοκρίτου φυcικὰ καὶ μυcτικά.[6]) utrum et Laertii Diogenis indicem librorum philosophi iam irrepserit fama mendosa uix diiudices: dicitur scripsisse de lapidibus, herbis, de liquoribus (περὶ χυμῶν), qualia et postea ei supposuerunt. forti tribuas, quod apud Diogenem ei liber πρόγνωcιc inter medica scripta (IX 48) uindicatur. nolo uero actam rem agere post ea quae Kopp[7]) et Berthelot[8]) composuere nisi quod

1) Contulit locos Wessely ad pap. Parisin. l. c. p. 95. praeterea nonnulla apud Diltheyum M. Rh. 27 p. 386 et in iis quae Berthelot disseruit in: 'Journal des Savants. Sept. 1884' p. 525 sqq. de Democrito et alchymia. apud Herodotum VII 63 iam Ostanem nominari ineptum est dicere. 'Κιccίων δὲ ἦρχε Ἀνάφηc ὁ Ὀτάνεω' cf. 61. hoc simile nomen illic memoratum ansam dedisse famae illi de Ostane Xerxis comite qui suspicatur, ineptit.

2) Vide imprimis quae Kopp, Beitr. p. 407 sqq. disseruit.

3) Vtramque narratiunculam prolatam habes apud Plinium h. n. XXX 8 et 11.

4) Synes. in epist. ad Dioscorum. Fabric. bibl. graec. (pr. ed.) VIII p. 233: [Δημόκριτοc] ἐμυcταγωγήθη παρὰ τοῦ μεγάλου Ὀcτάνου ἐν τῷ ἱερῷ τῆc Μέμφεωc.

5) Antiqui ipsi doctiores fraudem diuinarunt: uide Gell. X 12: 'his praestigiis atque portentis a Plinio secundo scriptis non dignum esse cognomen Democriti puto'. — 'multa autem uidentur ab hominibus istis male sollertibus huiuscemodi commenta in Democriti nomen data nobilitatis auctoritatisque eius perfugio utentibus.' cf. Columell. VII 5: 'Aegyptiae gentis auctor memorabilis, Bolus Mendesius, cuius commenta, quae appellantur graece ὑπομνήματα, sub nomine Democriti falso produntur.'

6) Cf. Vsener, M. Rh. 26 p. 157.

7) Beitr. p. 108 sqq.

8) Journ. des Sav. Sept. 1884. 'Les origines de l'alchimie et des oeuvres attribuées à Démocrite d'Abdère' p. 517 sqq.

fortius affirmo in his farraginibus nil esse Democriti neque ueteris neque recentis nisi uanum nomen, in quod fortasse incidere, quod clari philosophi libri similiter inscripti innotuerant.

In pap. p. IV 15 ὀνειροπομπῷ adduntur uerba: τούτῳ καὶ Ἀπολλώβηξ ἐχρᾶτο. Plinius uero (l. XXX 9) tradit: 'Democritus Apollobechen Coptiten — inlustrauit —'. idem nomen, quod nunc in Plinio coniectandi cupidis ereptum est, aliunde non notum. neque alia quae in pap. V citantur magorum nomina occurrunt, quod sciam, in aliis aut chartis aut libris. nisi forte Ἀ γ α θ ο κ λ ῆ c, cui et ipsi p. IV 1 ὀνειροπομπόc tribuitur, idem uidetur qui ap. Varr. R. R. I 1 et ap. Colum. R. R. I 1 memoratur geoponicus.[1]) tertius qui ὀνειροπομποῦ auctor esse dicitur p. IV 15 Ζ μ ῖ ν ι c Tentyrita plane ignotus itemque Ο ὐ ρ β ι κ ο ῦ, qui τῷ μεγάλῳ Οὔφωρ ἐχρᾶτο (p. X 6), gloria nos latet. nec minus Ἡ μ ε ρ ί ο υ (p. III 23), qui quomodo atramenti genus quoddam parandum esset docuit, exstincta est memoria. uix enim Ἱμέριον quendam subesse licet suspicari.

Sed sunt nomina in ceteris papyris, quae notissima et in his rebus utique sint celeberrima. quid quod legis in pap. Paris. u. 886: τὰ ὀνόματα, ἃ ἔγραψεν ἐν Ἡλιουπόλει ὁ τ ρ ι c μ έ γ ι c τ ο c Ἑ ρ μ ῆ c ἱερογλυφικοῖc γράμμαcιν? ac si addideris Plutarchi uerba in libro de Is. et Os. c. 61 ἐν δὲ ταῖc Ἑρμοῦ λεγομέναιc βίβλοιc ἱcτοροῦcι γεγράφθαι περὶ τῶν ἱερῶν ὀνομάτων, intelleges eundem citari libellum. aliud uero citatur opus in pap. Leid. W I 12: ἐκ δὲ ταύτηc τῆc βίβλου Ἑρμῆc κλέψαc τὰ ἐπιθύματα προcεφώνηcεν ἑαυτοῦ ἱερᾷ βύβλῳ ἐπικαλουμένῃ Πτέρυγι. praeterea paene innumera Hermetis scripta apud scriptores adducuntur, quae non iuuat hic repetere[2]); memineris tantum quod Iamblichus de myster. 8, 1 Manethonem tradit numerasse dei 36 525 opera, quem numerum ad chronologiam pertinere optime illustrauit Boeckhius.[3]) iam enim constat iudicium de hoc scriptore calami acerrimi: imprimis a 2 p. Chr. saeculo impostores in Aegypto[4]), ubi Hermes, qui Graecis et ipse magorum patronus colebatur, erat Thoth litterarum deus, aduocabant auctorem diuinum suis misellis farraginibus: nec pudet referre etiam Arabes et postea medii aeui homines doctos ut Albertum magnum scripta Hermetica memorasse.[5])

Non defuere qui interpretes exsisterent dei scriptoris uelut Β ί τ υ c προφήτηc (Iambl. de myst. 8, 5 et 10, 7). quem alioquin ignotum esse censet Parthey (ad Iambl. 8, 5). immo vero Bithus etsi apud Plinium uocatur Durrachenus (28, 82), idem esse uidetur.

1) Agathocles uarios uide apud Fabricium in bibl. gr. (ed. Harles.) III p. 459.

2) Vide Parthey ad Plut. Is. et Os. p. 255 et Pietschmann, Hermes trismegistus. Leipzig 1875 p. 34 sqq. et 41 sqq. Kopp, Beitr. p. 367 sqq.

3) Manetho p. 17.

4) Pietschmann l. c. p. 35.

5) Pietschmann l. c. p. 47 et 58.

nunc licet apponere pap. Parisinae locos; u. 2140 Πίτυος Θεccαλοῦ ἀνάκριcιc, u. 1928 ἀγωγὴ Πίτυος βαcιλέωc, u. 2006 Πίτυος ἀγωγή· βαcιλεῖ Ὀcτάνῃ Πίτυc χαίρειν: sunt tituli praeceptorum magicorum. ac si dubitari nequit, quin idem sit nomen, eo luculentius uides minime certis circumscriptos esse finibus illos auctores. adde insuper, quod Eusebius (I 200) Bitem memorat Aegypti regem antiquissimum.

Similia atque Hermae adscribuntur opera Orpheo, interdum eadem et Hermae et Orpheo.[1]) notanda pap. Leid. W uerba p. XXI u. 21: ὥc ὁ θεόλογοc Ὀρφεὺc παρέδωκεν διὰ τῆc παραcτιχίδοc ἰδίαc. atque in pag. eadem u. 34 citantur Erotyli aliunde ignoti Orphica. plurimis scriptorum locis occurrit Orpheus magicus scriptor[2]), praeterea notum est, quanta operum multitudo Orpheo adscripta fuerit: congessere Lobeckius in Aglaophamo, G. Hermannus et E. Abelius in Orphicis.[3]) quae Orphica quam arte coniuncta sint cum his schedis magicis, postea docendum; ac fortasse iam sentis, quid adferri possit utilitatis illis Orphicis diiudicandis ex his studiis.

Et alia nomina graecae originis inueniuntur. pap. Paris. 1716 ξίφοc Δαρδάνου· πρᾶξιc ἡ καλουμένη ξίφοc. satis sit aduocare Plinium (30, 9), qui Dardani magi uolumina a Democrito illustrata esse docet; quin 'Dardaniae artes' sunt artes magicae ap. Columellam (R. R. X 358).[4]) Εὔηνοc, cuius ἀπομνημονεύματα laudantur in pap. Leid. W p. 22, 16, non potest comparari cum Eueno ullo aliunde noto[5]) nec non ignotus Ἐπαφρόδιτοc, qui citatur in pap. Par. u. 2429.[6]) si uero in diffuso papyri W loco (p. XXII 31) scriptum fuisse legimus ἐν τῇ ε´ τῶν Πτολμαϊκῶν, plus proficimus: scimus Ptolemaeo VII Physconi (Euergetae II) ὑπομνήματα uiginti quattuor librorum attributa esse, quibus miracula naturae tractabantur[7]); fuerat enim rex ille 'rerum mirabilium curiosissimus inuestigator'.[8]) mirum quod statim post illa uerba citatur πανάρετοc βίβλοc[9])

1) Cf. Parthey ad pap. Berol. I u. 305 et 308.

2) Imprimis ap. Plinium h. n. 7, 203; 20, 32; 25, 12 (de herbis); 28, 34 et 43; 34, 7. Tzetza eidem Orpheo scripta astrologica magica epodica et hymnos attribuit. cf. Abel, Lithica p. 2.

3) Chemica quaedam tradi sub Orphei nomine adnot. Kopp, Beitr. p. 387.

4) Cf. Dilthey, M. Rh. 27 p. 386 sqq.

5) Fabric., Bibl. gr. (ed. Harl.) IV p. 474.

6) Ibid. V p. 65.

7) Apud Athenaeum plurimis locis: XIV 654[d], II 43[e], VI 229[d] et al. uide Hommel in libro qui inscribitur 'die äthiopische Uebersetzung des Physiologus'. Lips. 1877 p. XII et XXXII.

8) Pitra spicileg. Solesm. III p. LV.

9) Sunt uerba haece: ὡc δὲ ἐν τῇ ε´ τῶν Πτολμαϊκῶν ‖ ἐν καὶ τὸ πᾶν ἐπιγραφόμενον παναρέτῳ βίβλῳ περιέχει κτλ. Estne quintus Ptolemaicorum liber idem ac Πανάρετοc an non? locus paene desperatus. placetne scribere: ἐν τῇ ε´ τῶν Πτολμαϊκῶν καὶ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Παναρ. βίβλῳ. an mauis: — ‖, ἐν — καὶ τὸ Πᾶν ἐπιγραφόμενον — Παναρέτῳ βίβλῳ (cf. modum citandi p. W 22, 9)? an aliud inest, si reputas philosophum illum, cui Ptolemaeus Euergetes annua XII talenta dedit, nomine usum esse Panareto (Athenaeus XII 552[c])? uix credo.

(23, 1), quo titulo inscribitur apud scriptores ecclesiasticos liber qui inscribi solet 'coφία Cιράχ'. Siraci libellus uortebatur in graecum sermonem in Aegypto regente Ptolemaeo Euergeta[1]): notus erat haud dubie in Aegypto aeque ac uersio LXX uirorum (cf. infra). itaque etsi non illum ipsum librum respexit compilator superstitiosus, tamen titulum usurpauit auctoritate ornatum.

Ac multo clariores aduocauere Hebraeorum scriptores: papyri W prima pars inscribitur βίβλοc ἱερὰ ἐπικαλουμένη Μονὰc ἡ ὀγδόη Μοϋcέωc (I 1). mirentur theologi. qui liber saepius adhibetur: p. VIII 30: Μονάδα βίβλον, ἣν οὐδεὶc ἴcχυcε μεθερμηνεῦcαι ἢ πρᾶξαι et p. XVI 28: Μοϋcέωc Μονὰc η´ καὶ ὑπόμνημα ἐπικαλουμένη ἑπτάζωνοc et XVI 35: Μοϋcέωc ἀπόκρυφοc η´. multaque alia scripta tribuere prophetae Iudaeo, quae uocantur Ἀρχαγγελική (W 22, 22), Cεληνιακή (W 25, 13), ἀπόκρυφοc ἡ δεκάτη (W 25, 33)[2]) nec uidentur non ad Mosen esse referenda uerba (W 22, 27) ἐν τῷ Νόμῳ — ἀβραϊcτί. longe uero omnium saepissime citatur libellus qui uocatur Κλείc (W I 19. 29. 34, II 16, VI 17, IX 39, X 41, XVI 41). idem Moses celebratur ut alchymista librosque chemicos composuisse fertur.[3]) iuuat referre eadem scripta Mosis citari in libris saeculi XVI theodiscis, qui uocantur 'Fausts höllenzwang': 'aus dem VI. und VII. Buch Mosis bibliae magicae'.[4]) quid mirum, quod et Salomonis regis sapientissimi nomen hic occurrit? Cολομῶνοc κατάπτωcιc καὶ ἐπὶ παίδων καὶ τελείων ποιοῦcα inscribitur pap. Parisinae particula (u. 850). paullo autem alio modo recurrit in u. 3040: ὁρκίζω cε κατὰ τῆc cφραγῖδοc ἧc ἔθετο Cολομῶν ἐπὶ τὴν γλῶccαν τοῦ Ἰηρεμίου! nec alibi exstincta est memoria Salomonis magi, cuius formulis utentes apud Iosephum (ant. 8, 2, 5) incantant.[5]) adnotare liceat regem simili modo rerum mirabilium scriptorem aduocari in physiologo quodam.[6])

Nec uero solum Iudaeorum uiri sapientes admouentur, etiam Ζωροάcτρηc ὁ Πέρcηc (W p. 22, 19), Parsorum archegeta. qui quidem haud raro rerum magicarum — saepissime apud Plinium — geoponicarum (Geopon. I p. LXXIV ed. Niclas) aliarum auctor commemoratur. apud Lucianum in necyom. c. 6 prodit aliquis τῶν μάγων τῶν Ζωροάcτρου μαθητῶν καὶ διαδόχων.[7]) de quo quanta

1) Vide uerba prologi Siraci iunioris: ἐν γὰρ τῷ ὀγδόῳ καὶ τριακοcτῷ ἔτει ἐπὶ τοῦ Εὐεργέτου βαcιλέωc παραγενηθεὶc εἰc Αἴγυπτον καὶ cυγχρονίcαc κτλ.

2) Legendum ἀπόκρυφοc ἡ δεκάτη, non η´ δεκ. uel ἢ uel ι´.

3) Kopp, Beitr. p. 396 sqq.

4) Vide ap. Wuttke 'Der deutsche Volksaberglaube' p. 176 adn. 1.

5) Anno 1850 prodiit liber nefarius magicus, qui excerptus esse affirmatur 'aus dem grossen buche Salomos' Wuttke l. c. p. 178 adn. 1. quanta uanitatis assiduitas!

6) In physiologo island. apud Hommel. l. c. p. 101 sqq.

7) Cf. paene eadem uerba apud Plut. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηcτηρίων c. X.

hariolati sint docet Plut. de Is. et Os. c. 46: Ζωροάςτρης ὁ μάγος, ὃν πεντακιςχιλίοις ἔτεςι τῶν Τρωικῶν γεγονέναι πρεςβύτερον ἱςτοροῦςιν. atque aliorum librorum relicta est memoria: Prodiciani gnostici gloriabantur se habere Zoroastris Apocalypses, opus astrologicum et theurgicum[1]); Proclus ad Plat. rem publ. laudat eiusdem περὶ φύςεως IV libros ad Cyrum regem.[2])

Minus autem noti Aegyptii sunt qui laudem in his rebus sibi compararunt. in pap. W 22, 9 citatur Θφὴ ἱερογραμματεὺς — ἐν τῇ πρὸς Ὦχον βαςιλέα, in pap. Paris. 154 Νεφώτης Ψαμμητίχῳ βαςιλεῖ. neuter aliunde innotuit. sed si papyro Par. inde a u. 3007 insertum est πρὸς δαιμονιζομένους Πιβήχεως δόκιμον, Πιβήχης non dubium quin idem sit ac Πιβήχιος uel Ἐπιβήχιος, qui persaepe laudatur inter auctores chemicos.[3]) ne Μανεθώς quidem effugit impostores: pap. W 1, 21: ταῦτα δὲ ὁ Μανεθὼς ἔλεγεν ἰδίᾳ βίβλῳ. et astrologi et chemici eum aduocauere[4]): quot autem tituli librorum Manethonis[5]), qui citantur, genuini sint, quot huc ducendi — suspiciosa mihi ἱερὰ βίβλος, περὶ καταςκευῆς κυφίων — non uelim diiudicare, quoniam et Boeckhius se nunquam rem tractasse fatetur hac confusiorem.[6])

Habes auctores magicos, qui in papyris occurrunt. magnus praeterea numerus congeri potest nominum passim citatorum. notissimi sunt fabulosi illi Nechepso et Petosiris, notus Damigeron[7]); et Chaeremonis nomen arripuere, qui stoicus erat philosophus[8]): in Plin. h. n. XXXVI, 89 uocatur Chaeremon spado Necthebis, qui ipse est celeberrimus ille rex Nectanebus[9]), cuius nomen et restituas epistolae illi Porphyrii, quae praemissa Pseud.-Iamblichi libro de mysteriis uulgo tribuitur Aneboni cuidam.[10]) Mosi interdum adnectuntur Iannes et Iambres scriptores, qui iam in Paul. ep. ad Timoth. II 3, 8 occurrunt: Iannes recurrit apud Plinium (XXX 11)[11]) et Apuleium

1) Vid. Matter, Histoire du gnosticisme. II p. 263.
2) Ed. R. Schoell in Anecd. var. graec. et lat. edd. R. Schoell et G. Studemund. II. Berol. 1886. p. 59, 32.
3) Vide quae collegit Kopp, Beitr. p. 188. p. 47 nominis formae Πιβήχιος — Πιβήχις — Πιβήχης alia ex alia ortae esse uidentur.
4) Kopp, Beitr. p. 50.
5) Vide catalogum ap. Parthey. ad Plut. Is. et Os. p. 180.
6) Manetho p. 10.
7) Geoponicorum lapidarii aliorum auctor. cf. M. Rh. 27, 386.
8) Vix discerni potest, quot tituli allati ueri quot mystici sint. uide Zelleri dissert. in Herma XI 430—433, qui omnia eidem Chaeremoni philosopho re uera imputare uult.
9) Cf. M. Rh. 27, 387.
10) Cf. Euseb. pr. eu. 14, 10: ἀπὸ τῆς πρὸς Νεκτανεβὼ τὸν Αἰγύπτιον ἐπιςτολῆς Πορφυρίου. uide adnot. Partheyi ad locum in editione Iamblichi.
11) Verba Plinii: 'factio a Mose et Ianne et Lotapea Iudaeis pendens'. paene ueri similiter Hildebrand. ad Apul. II p. 615 uoci Lotapea a codd. uario modo traditae subesse censet 'Iambre'. sed cauendum est. nondum omnes papyri ad lucem protractae sunt!

de mag. c. 90, Ianni et Iambri liber adscribitur in Orig. tract. in Matth. 35 p. 193. sed quid iuuat nomina plura conferre? cui bono referam nomina (multa semel incertis litteris tradita) nisi quid obseruari potest? uelut adnotare liceat illum Tarmoendam ap. Plin. XXX 5 et Carinondam ap. Apul. de mag. c. 90 et fortasse Parmoenem, qui fertur ad Traianum imperatorem de rebus superstitiosis epistolam dedisse[1]), eundem esse hominem mihi uideri.

Iam satis multa collecta sunt, ut iudicium possimus proferre de hac re memorabili. primis post Christum saeculis in Aegypto compilatores superstitiosi nomina congessere celebrata ex omni orbe terrarum, ut auctoritate fucata probarent misella ipsorum opera plebi nimis credulae. apparet igitur ne frustulum quidem genuinum esse nec unum ex illis homuncionibus re uera usum fuisse tali nomine.

Ac reputandum quantopere gnostici illa aetate Graecorum et Aegyptiorum, Iudaeorum et Parthorum religiones congesserint ac docendum erit ex omnibus illis et sententias et uerba manasse in hasce papyros. insuper notum est homines et Graecos et Iudaeos aliosque multos conuenisse in Aegyptum, qui sua quisque et tenuerint et propagarint. 'est et alia magices factio a Mose et Ianne et Lotapea Iudaeis pendens' tradit Plinius (XXX 11): Iudaei maximam auctoritatem Mosi et Salomoni, Graeci Hermae Orpheo Democrito, Parthi Zoroastri, Aegyptii Nechepsoni Petosiridi Manethoni aliis tribuere. atque obseruare poteris pap. Leid. W magis Iudaeorum, papyros Berol. et fortasse Leid. V magis niti auctoritate Graecorum. ac si in propatulo est Iudaeos summo ipsorum prophetae, Parthos religionis conditori, Graecos Hermae adscribere uoluisse illa, ueri est simile philosophos illos Democritum Chaeremonem — et Pythagoras Zamolxis Epimenides[2]) Empedocles Anaxagoras[3]) alii occurrunt — ideo aduocatos esse, quod docuerant uel scripserant quae re plane alia, specie ac titulo similia erant. quo quis erat antiquior, eo honoratior, quo quis longius arcessitus, eo exoptatior et clarior: et nonnullos qui feruntur antiquissimi Aegyptiorum reges fuisse deiecerunt in hanc rancidam colluuiem.

Nec uero praetermittas in his scriptoribus illustrandis animaduertere quam arte his temporibus omnes coniunctae fuerint artes superstitiosae: namque omnes paene illi et magici et chemici et astrologi et medici et geoponici sunt.

Nunciam de forma atque indole illorum librorum magicorum pseudepigraphorum quae possunt inuestiganda sunt: nam si quomodo nomina singulis librorum partibus praeposita sint reputaueris, intelleges saepissime formam simulari epistularum. pap. Par. 154 Νεφώ-

1) Pitra analecta sacra spicilegio Solesmensi parata. tom. II p. 647.
2) Apul. de mag. c. 26. 27.
3) Psellus de lapidum uirtutibus ed. Bernard. p. 38.

της Ψαμμητίχῳ βασιλεῖ Αἰγύπτου αἰωνοβίῳ χαίρειν, u. 2006 βασιλεῖ Ὀστάνῃ Πίτυς χαίρειν, pap. W 22, 9: ἐν τῇ πρὸς Ὦχον βασιλέα — ὑπὸ Θφὴ ἱερογραμματέως multaque alia similia. atque obseruare licet in aliis papyrorum locis epistolographi mores adhiberi: sic in pap. Berol. I u. 51: ἀπέπεμψα τήνδε τὴν βίβλον, ἵν' ἐκμάθῃς. nec non in pap. V seruata sunt uerba quae priorem formam diuinari iubeant: p. I u. 27: γρά[φω] δέ σοι κατ' εἶδος ἀφθόνως, ἵν' εἰδῇς καὶ μηδὲν ἐπιζητῇς. etenim haec scribendi ratio propria uidetur esse huic librorum generi: e. c. in codice Cauensi, cuius nuper nouas partes Pitra (l. c.) publici iuris fecit, nonnulla huiuscemodi inueniuntur de lapidibus magicis scripta: libellus regis Aegyptiorum missus ad Octabiano Augusto (sic) p. 641, Feramus rex ad Adrianum imperatorem p. 647, epistola Parmoenis ad Traianum imperatorem p. 647; et in Damigeronte qui dicitur latino: Euax Arabiae rex Tiberio imperatori salutem.[1]) nec rarius talia inueniuntur in rebus alchymicis: Ostanes scribit ad Petesium περὶ τῆς ἱερᾶς ταύτης καὶ θείας τέχνης[2]); permulta inter ea, quae Kopp de collectionibus alchymicis composuit[3]): philosophi cuiusdam ad Theodosium magnum imperatorem[4]), Stephani ad Heraclium magnum imperatorem[5]), Heliodori ad Theodosium imperatorem[6]) aliaque creberrima. elucet ex his plerumque fingi epistolas ad regem quendam uel imperatorem.[7]) omnino uero e natura et indole est artium harum non publicarum, ut semper ab uno ad unum tradantur. legas enim papyri Berol. I uerba u. 192 ταῦτα οὖν μηδενὶ παραδίδου εἰ μὴ μόνῳ ... ἰσχίνῳ υἱῷ σου ἀξιοῦντι τὰ (παρ' ἡ)μῶν ῥηθέντα ἐνερ(γή)ματα (cf. p. V III 20); uelut et inter nostrates hariolos semper ab uno uiro ad unam mulierem uel ab una muliere ad unum uirum solere deferri ars magica dicitur.

Quae cum ita sint, liceat proferre sententiam quo modo orti sint libri illi. primum quidem uidentur singula praecepta incantationes precationes alia ornata esse quasi epistolae illis nominibus. quae tabulae (πιττάκια) magis magisque consarcinantur titulis modo omissis modo seruatis libellique nouis ornantur titulis ut κλεὶς Μωϋσέως, Ἑρμοῦ πτέρυξ alia. iterum autem atque iterum cum describerentur denuo partes e chartis diuersis, nouae exstiterunt farragines e partibus priorum uelut pap. Berol. I (u. 46) [ἐκ] βίβλοις μυρίαις (sic) σύνταγμα esse prae se fert. itaque tot nomina partibus

1) Abel. Lithica p. 162.
2) E cod. Vindobon. prolatum in progr. gymn. Franc.-Ios. Vindob. 1886 p. 4 a C. Wessely.
3) Beitr. inde a p. 249.
4) Kopp l. c. p. 249 no. 8.
5) Kopp l. c. p. 249 no. 11.
6) Kopp l. c. p. 259 no. 8.
7) Quin qui reges esse alias non dicuntur, ut titulus exsistat soli tus, efferuntur ad thronum: βασιλεῖ Ὀστάνῃ Πίτυς pap. Paris. u. 2006.

quibus seruata sunt apponuntur, tot libri citantur. ac quoniam sic partium hinc illinc collatarum particulae[1]) per annorum decursum etiam atque etiam describebantur, orta sunt tandem uolumina, quale est pap. Parisina uersuum 3274.

2. De traditarum papyrorum historia.

Non solum traditas esse papyrorum partes sed etiam ualde corruptas elucet. et amputatae et amplificatae eaedem partes propagabantur: uidemus in pap. W res iam prolatas inde a p. IX paene omnes ampliore stilo repeti. satis uero illa illustrare possumus papyro V. fragmenta uides amputata uelut in initio, ubi πρᾶξις, qua Κόρη cogitur, iam affertur incantationibus et precationibus quae solent praècedere omissis; uides in p. VI a u. 7 usque ad u. 17 immissas duas particulas, quarum prior initio posterior fine caret. quae utrum iam antea e continuatione recta ereptae an huc demum e schedula quasi in fronte et in tergo lacerata delatae sint uix diiudices. nec mirum quod homines imae plebis in usum describentes menda plurima uerbis intulerunt atque insaniam ipsam insaniorem reddiderunt.

Repititio aberranti oculo tribuenda occurrit p. VII u. 9 sqq.: ὦ τῶν φανερῶν καλυπταί, ὦ τῶν Νεμέσεων τῶν σὺν ὑμῖν διατριβουσῶν τὴν πᾶσαν ὥραν κυβερνῆται —, u. 12 ὦ τῶν ἀποκεκρυμμένων φανερωταί, ὦ τῶν Νεμέσεων σὺν ὑμῖν διατριβούντων τὴν πᾶσαν ὥραν πάλιν κυβερνῆται. apparet enim conscribendum esse ὦ τῶν φανερῶν καλυπταί et ὦ τῶν ἀποκεκρυμμένων φανερωταί: scriba uero alterum omissum postea adserens illa de Nemesibus leui calamo iterauit et πάλιν ipse addidit. namque quo modo mutarint ipsi scribae, uides in p. VII u. 2: certe in u. 3 tradebatur ἐπίθυε, quod quoniam iam in u. 2 aberrante oculo scripserat, mutauit ἐπιθύσας in anteced. uers.: sic enim correctum est in hac ipsa papyro. praeterea interdum suo loco mota sunt quaedam ut ea quae de sculptura anuli p. VIII 20 adseruntur, uidentur trahenda esse ad descriptionem sequentem alterius anuli, quoniam de altero iam eadem dicta sunt VI 30 sqq.

Nec desunt menda litterarum, qualia in omnibus codicibus inueniuntur. p. III u. 9: πορευθεὶς πάντα τόπον καὶ πᾶσαν οἰκίαν —. scribendum: πορευθεὶς εἰς πάντα τόπον κτλ. (cf. p. IV 25, 29 al.). p. I 24 ποιήσας τὸν ἔρωτα ἐπὶ τραπέζης κτλ. scribendum: ἐπιθήσεις κτλ. (ποιήσας iam in eodem uersu legitur). p. VII 30 ἐλεύσε-

1) Fortasse in pap V e siglis et compendiis quae usurpantur (pro uocibus ὄνομα, δεῖνα, θεός, ὥρα, χρημάτισον, ζμύρνα etc.) maxime uario modo, colligi potest partes e diuersis libris exscriptas esse. e. c. in ea parte quae θεομάντιον appellatur, paene nulla sigla, in iis, quae ὀνειροπομποὶ uocantur, permulta leguntur; praeterquam quod modo hoc modo illud compendium eidem uoci adhibetur.

ται, scribendum ἑλίσσεται. p. VII 11 ἐπιτάκται: scrib. ὑποτάκται. p. IX 22 χωρεῖν: scr. χώρων. p. V 15 legitur γενέσθω βαπλαμη αὐγή: iam βαπλαμη uox magica habebatur: legas pap. Paris. u. 970 γενέσθω φῶς πλάτος βάθος μῆκος ὕψος αὐγή. Alia permulta docebit editio ipsa. uides quanta stoliditate scribae prouinciam administrauerint.

Itaque saepe redintegrare plane non possumus quae originitus scribebantur. optime uero sarcinandi et discerpendi rationem illustrare possumus, quoniam compluriens caedem partes uario modo propagatae in duabus papyris occurrunt. exemplis igitur docere liceat.

Pap. Leid. V p. III u. 6 sqq.	Pap. Berol. II u. 101 sqq.
6 ᾧ ἡ πᾶσα κτίσις ὑπόκειται	σε καλῶ τὸν μέγαν ἐν οὐρανῷ, ἀεροειδῆ, αὐτεξούσιον, ᾧ ὑπετάγη πᾶσα φύσις, ὡς (scr. ὃς) κατοικεῖς τὴν ὅλην οἰκουμένην· δορυφοροῦσιν οἱ δεκαὲξ γίγαντες·
9 ἐπὶ τοῦ λωτοῦ καθήμενος καὶ λαμπυρίδων τὴν ὅλην οἰκουμένην	ἐπὶ λωτῷ καθήμενος καὶ λαμπυρίζων τὴν ὅλην οἰκουμένην ὁ καταδείξας [ἐπὶ τῆς γῆς] ζῶα, οὗ τὸ ἱερὸν ὄρνεον ἔχεις ἐν τῇ στολῇ ἐν τ[οῖς π]ρὸς ἀπηλιώτην μέρεσι
7 ἐρυθρᾶ[ς] θαλάσσης 3 ὁ ἔχων μορφὴν 1 σὺ εἶ ὁ νήπιος	τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ως [τ..... ἔ]χεις ἐν τοῖς πρὸς βορρᾶ μέρεσι μορφὴν νηπίου παιδός· ἐπὶ λωτῷ καθήμενος ἀντολεῦ πολυώνυμε σεσενγεν βαρφαραγγης·
11a ἐν δὲ τοῖς πρὸς νότον μέρεσιν	ἐν δε τοῖς πρὸς νότον μέρεσι μορφὴν ἔχεις τοῦ ἁγίου ἱέρακος, δι' ἧς πέμπεις τὴν εἰς ἀέρα πύρωσιν, τὴν γενομένην λερθεξ αναξ. ἐν δὲ τοῖς πρὸς
10 καθέζῃ γὰρ κορκοδειλοειδής	λίβα μέρεσι μορφὴν ἔχων κορκοδίλου οὐρὰν ὄφεως, ἔνθεν ἀφιὼν ὑετοὺς καὶ χιόνας. ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἀπηλιώτην μέ-
11b δράκων εἶ πτεροειδής	ρεσι δράκοντα ἔχεις πτεροφυῆ βασίλειον ἔχων ἀεροειδῆ, ᾧ κα[τα]κρατεῖς τοῦ ὑπ' οὐρανοῦ καὶ ἐπὶ γῆς.
12 ὣς γὰρ ἔφυς τῇ ἀληθείᾳ	εἰς Μωϋσέω σὺ ἄρ' ἐφάνης τῇ ἀληθείᾳ — — — — — — — — —
13 ἧκέ μοι, κλῦθί μοι (ἐπὶ τήνδε τὴν χρείαν) 14 μέγιστε	κλῦθί μοι, μέγιστε θεέ, Κομμης, τὴν ἡμέραν φωτίζων ναθμαμαωθ ὁ νήπιος ἀνατέλλων μαιραχαχθα ὅλον πόλον δι[οδ]εύων θαρκαχαχαν ὁ ἑαυτῷ συγγινόμενος και δυναμούμενος προσαυξῆτα καὶ πολυφωτίστα σεσενγεν βαρφαραγγης ὑδάτων φέριστε θεέ, κομμη — — — — — — — — — —

15 ἐγώ εἰμι ὁ συνηντήσας ὑπὸ τὸ ἱερὸν ὄρος καὶ ἐδωρήσω μοι τὴν τοῦ ὀν σου γνῶσιν ἣν καὶ τηρήσω κτλ.	ὁ μέγιστος καὶ ἰσχυρὸς θεός· ἐγώ εἰμι ὁ δεῖνα ὅστις σοι ἀπήντησα καὶ δῶρόν μοι ἐδωρήσω τὴν τοῦ μεγίστου σου ὀνόματος γνῶσιν οὗ ἡ ψῆφος θρ. ιη ιε ια ιαη — — — — — —
2 ὁ ζῶν θεός (cf. Pap. Paris. 1038. 1563. 859. 956)	
4 uoces magicae et praecepta peculiaria III u. 6-11	
5 ὁρκίζω σε κατ' ἁγίου καὶ κτλ.	
6 γενέσθω τόδε πρᾶγμα ἤδη β′	
8 ὁ ἐκ τῶν δ′ μερῶν τοὺς ἀνέμους συνσείων.[1])	

Neque alteram ex altera neque utramque ex uno fonte sic descriptam esse incantationem apparet: per satis diuturnum tempus denuo iterum atque iterum describebant uariabant amputabant addebant, ut tandem talia prodirent; quibus tamen origo eadem est sine ulla dubitatione. uide insanas corruptelas: ὁ ἔχων μορφήν in cod. Leid. — cuius? iam non additur; ἐρυθρᾶς θαλάσσης: — unde pendeat omittitur. formarum uero dei et regionum caeli enumeratarum quam misella fragmenta relicta sunt in pap. V, quae sola non intellegantur! 'ἐν δὲ τοῖς πρὸς νότον μέρεσι' desumpsere — tum omnia omisere; sed quae postea tribuuntur regioni orientis 'δράκοντα ἔχεις πτεροφυῆ' — adscripsere: 'δράκων εἶ πτεροειδής'. atque in pap. V etiam partes seruantur in p. Berol. omissae (2, 4, 5, 6, 8), quae formulae ex parte addi potuerunt a scribis ipsis: uocum magicarum plus minusue hic illic interposuere.

Probantur quae obseruamus altero quod in promptu est exemplo:

Pap. V p. VII u. 27—33.	Pap. W p. XXII u. 14—27.
δεῦρό μοι ὁ ἐκ τῶν δ' ἀνέμων, ὁ παντοκράτωρ θεός, ὁ ἐνφυσήσας πνεύματα ἀνθρώποις εἰς ζωήν, δέσποτα τῶν ἐν κόσμῳ καλῶν ἐπάκουσόν μου, κύριε, οὗ ἐστιν τὸ κρυπτὸν ὄνομα ἄρρητον,	δεῦρό μοι ὁ ἐκ τῶν δ′ ἀνέμων, ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἐνφυσήσας πνεῦμα ἀνθρώποις εἰς ζωήν, οὗ ἐστιν τὸ κρυπτὸν ὄνομα καὶ ἄρρητον ἐν ἀνθρώποις, τὸ μάντι (sic) λαληθῆναι οὐ δύναται,

1) Numeros adieci singulis particulis dispositis, ut pap. Leid. partes quomodo se excipiant intellegeretur.

ὃ οἱ δαίμονεϲ ἀκούϲαντεϲ	οὗ καὶ οἱ δαίμονεϲ ἀκούοντεϲ
πτοοῦνται	τὸ ὄνομα πτοῶνται (sic)
οὗ καὶ ὁ ἥλιοϲ	οὗ ὁ ἥλιοϲ
	αρνεβουατ βολλοχ
βαρβαρειχ	βαρβαριχ
	ββααλα αμην πτιδαιου αρνεβουατ
	καὶ ϲελήνη
αρϲεμφεμφωθ	αρϲεν πεν πρωουθ
	βαρβαρα ιωνη οϲραρ μεμψεχει
	ὀφθαλμοί εἰϲιν ἀκάματοι
	λάμποντεϲ ἐν ταῖϲ κόραιϲ
	τῶν ἀνθρώπων
οὗ τὸ ὄνομα, οὗ ἡ γῆ ἀκούϲαϲα ἑλίϲϲεται, ὁ ᾅδηϲ ἀκούων ταράϲϲεται, ποταμοί, θάλαϲϲα, λίμναι, πηγαὶ, ἀκούουϲαι πήγνυνται, αἱ πέτραι ἀκούϲαϲαι ῥήγνυνται (sic)	
καὶ οὐρανὸϲ μὲν κεφαλή,	ᾧ οὐρανὸϲ κεφαλή,
αἰθὴρ δὲ ϲῶμα,	αἰθὴρ δὲ ϲῶμα,
γῆ πόδεϲ,	γῆ δὲ πόδεϲ,
τὸ δὲ περὶ ϲὲ ὕδωρ ὠκεανὸϲ	τὸ δὲ περὶ ϲὸν ὕδωρ
ἀγαθὸϲ δαίμων	ὁ ἀγαθοδαίμων
ϲὺ εἶ κύριοϲ	ϲὺ εἶ ὁ ὠκεανὸϲ
ὁ γεννῶν καὶ τρέφων	ὁ γεννῶν ἀγαθὰ καὶ τροφῶν
καὶ αὔξων τὰ πάντα	τὴν οἰκουμένην.

Nonnulla tantum adnotabo: in pap. V quid sit 'οὗ καὶ ὁ ἥλιοϲ', intellegitur comparato loco pap. W, ubi non modo plures uoces magicae adscriptae sunt sed etiam sententiae conexus multo plenior seruatur. interciderunt enim in pap. V, quae scribenda erant post 'οὗ καὶ ὁ ἥλιοϲ', quae uerba nunc e similium sententiarum conexu (οὐρανὸϲ μὲν κεφαλὴ κτλ.) erepta interposita sunt in alius sensus continuationem (οὗ οἱ δαίμονεϲ — πτοοῦνται κτλ.). — uideas uerba in locorum finibus perturbata: elucet illius membrorum dei descriptionis ultimo enuntiato dicendum fuisse oceanum esse zonam dei: scriptum erat ut puto: τὸ δὲ περίζωμα ὠκεανόϲ. ϲὺ εἶ ἀγαθὸϲ δαίμων, ϲὺ εἶ κύριοϲ —.[1]) utrius papyri locus prius descriptus uel utra papyrus ex utra sit deriuata uana quaestio. nemo hercle diuinat quotiens nouae ex antecedentibus tales precationes uariatae et confertae sint. papyri V incantationis sane fons erat recensio, in qua etiam uersus illi quattuordecim (p. VII 33 — VIII 5), quos primus compilator sententiis

1) Cf. fragm. orph. 123 u. 30 (Abel.): μέϲϲη δὲ ζώνη περιηχέοϲ οἶδμα θαλάϲϲηϲ. fortasse in altera recensione legebatur τὸ δὲ περίζωμα ὕδωρ, in altera τὸ δὲ περίζωμα ὠκεανόϲ, unde orta perturbatio.

exhaustis ipsos insuper adscripsisse uidetur, seruati erant quamuis laceri (cf. infra).

Quae secuntur sententiae post illas tractatas et ipsae in pap. V et W (V: VIII 5—10; W: XVII 27—43) paene sunt eaedem; sed quoniam non satis multum utilitatis adferunt, non appono. neque uero piget adnotare legi in totius imprecationis clausula in pap. V, VIII 10: οὗ τὸ ὄνομα τὸ ἔνδοξον οἱ ἄγγελοι ὑμνοῦϲιν, in pap. W, XVII 40: οὗ αἱ μοῦϲαι ὑμνοῦϲιν τὸ ἔνδοξον ὄνομα. iam diuinamus hoc fluxisse e recensione quae magis religionem Graecam sapere uidebatur, illud e recensione magis ut ita dicam Iudaica. sed omnia iam tum mixta fuere: si quis in harum formularum compositionibus innumeris uariationibus uariatis auctis corruptis dilaceratis, quibus magis insaniam quam rationem captare e re erat —, si quis certos fontium riuulos detegere conaretur, certe quidem fluctus congereret in cribrum ac sibi quaereret elleborum, quo opus erat nebulonibus illis magicis.

Sed postea magis magisque id egere, ut quae tum scripta essent, diligenter seruarentur. namque proprium est uocibus et incantationibus magicis, ut eadem semper uox ac littera proferri debeat. itaque legimus unam recensionem rectam esse affirmari in papyro ipsa p. X 8: τοῦτο γάρ ἐϲτιν τὸ ἀληθέϲ, τὰ δὲ ἄλλα ὅϲα φέρεται διὰ μακρῶν ἐψευδηγόρηται μῆκοϲ εἰκαῖον περιέχοντα. atque in aliis papyris cum diligentia saepe sine dubio fucata uariae lectiones adnotantur: ἄλλωϲ — οἱ δὲ — et similia.[1])

Sed si haec omnia reputauimus, difficillimum est statuere quo modo edendus et emendandus sit papyri contextus, eo difficilius, quod qui descripserunt et ipsi mutarunt; nec dignosci saepe potest, quid ei qui postremus descripsit tribuendum sit, quid prioribus, quid auctori.

Igitur nisi certi quid diuinari potest de prioribus enuntiatorum formis, seruemus tradita, praesertim cum rationis leges saepe non item atque alias hic obseruatae sint. quid uero statuas, quo modo in rebus singulis grammaticis et orthographicis edenda sint uerba papyri? quoniam saepe uix diiudices, quae stoliditati quae rationi tribuenda sint. nil seruaui nisi quae certa ratione grammatica nituntur, ut papyrum re uera emendatam ederem. ipsi illi scribae non ignorabant sua emendanda esse et haud raro emendabant: pap. W 9, 35: ἀποκεύεϲθαι corr. ἀπογεύεϲθαι, p. W 8, 3: θυρίτοϲ corr. θυρίδοϲ, p. W 10, 14: πλυϲιάζον corr. πληϲιάζον, p. W 11, 16: ἥμνει corr. ὕμνει, p. W 16, 32: γνῶτι corr. γνῶθι, p. W 24, 32: φύλον corr. φύλλον, p. W 9, 42: τίου corr. θίου (= θείου). ac formae illae αἰγυπτιάζουϲαι singillatim tantum occurrunt, sed solent eadem uerba scribi modo solito. non est dialectus certis legibus circumscripta, sed graecitatis corruptio certo more propagata. ne

1) Cf. Wessely, Stud. Vind. VIII p. 188 et in 'denkschriften' l. c. p. 36.

tamen corruptionis Aegyptiae uestigia plane oblitterarem — non minimum quidem horum monumentorum pretium est, ut illius sermonis Graeci Aegyptii formas ac uoces ab hominibus plebeis usurpatas accipiamus —, omnia haec orthographica et grammatica collegi in indice grammatico.

II. De origine ac fontibus papyri Lugdunensis Bataui J 384.

1. Gnostica.

Primo obtutu nunc apparet omnes hasce papyros esse confectas ab hominibus gnosticis, quae res Partheyo pap. Berolinenses edenti nondum certa uidebatur esse (p. 116). ac si non tota sententiarum et precationum natura se praestaret gnosticam, certissimis papyrorum uerbis doceremur: in pap. Mimaut d. L. u. 290 sqq.: ἵνα cε νοήcωμεν λόγον, ἵνα cε ἐπικαλέcωμεν γνῶcιν. nec in pap. V ipsa deest uox γνῶcιc (III 20): καὶ ἐδωρήcω τὴν τοῦ μεγίcτου ὀνόματόc cου γνῶcιν. sed si certam certi cuiusdam philosophi gnostici doctrinam requirere conamur, nil proficimus: hic enim non habemus philosophica monumenta, sed mystica ac superstitiosa, non doctorum doctrinam, sed hariolationes inferiorum hominum. quomodo enim plebis multitudo suum in usum acquisiuerit philosophorum placita, simili modo hic uidemus atque in Cabbalae ludibriis, quae e Iudaeorum philosophia petita sunt.[1]) reputandum praeterea gnosin originem duxisse non tam e sententiis philosophorum quam ex hariolatorum inuentis superstitiosis uisam esse iam antiquissimis ecclesiasticis scriptoribus.[2]) neque uero negabis in papyris iam adeo certa uestigia esse gnoseos ipsius, ut e Valentini, qui in Aegypto permultum ualebat, eiusque discipulorum placitis ea manasse eluceat. nil amplius pro certo habeas: nisi forte praecipue Marcum, quem de numeris mysticis multa excogitasse tradit Hippolytus, tales res excitasse putas.[3]) quae praeterea certam significare uidentur sectam, fallunt.[4])

1) Cf. Wiedemann in 'jahrbücher des vereins von altertumsfreunden im Rheinlande' 1885 p. 233.

2) Placuit Adolfo Harnack 'zur quellenkritik der geschichte des gnosticismus' p. 29 sqq. cf. Baudissin, 'studien zur semitischen religionsgeschichte' p. 252.

3) Λόγοc (incantatio) in pap. Paris. u. 3084 dicitur φυλαccόμενοc παρὰ καθαροῖc ἀνδράcιν. Wessely in indice p. 178 adnotat in uncis: 'Essener'. minime: si certi homines significantur, Nouatiani dicuntur, qui καθαροί uocabantur qui inde a med. tert saec. p. Chr. et Alexandriae floruere.

4) Ἀδωναῖοc Ἀccαφαῖοc traduntur fuisse numina ophitarum (e. c. Orig. c. Cels. VI 31): αδωναιε legitur VIII 17, IX 5. αcτραφαιον IX 8 (cf. VI 11). caue ne imbrem congeras in cribrum.

Ne christianae quidem religionis multa adsunt uestigia: etsi noui testamenti haec illa scripta non ignorari uidentur (cf. infra p. 766), etsi nomen Ἰηcοῦc Χριcτόc aduocatur (p. V VI 17, pap. Paris. 1233, 3019), tamen appellatur ὁ θεὸc τῶν Ἑβραίων. uerine est simile signum illud ☧, quod scribitur p. IV 32, esse monogramma notissimum Christi? quod certe iam antiquiore quam Constantini aetate[1]) in usu erat. saepius uero commiscebatur cum signo Aegyptio ☥, quod in manibus deorum Aegyptiorum pictum significabat uitam.[2]) nonne hic talia statuenda? sed quoniam ☧ in papyris saepius alias significat res, potest et hic alio explicari modo.[3])

Iam ut quantum ualeat in papyro gnosis intellegamus, componamus breui uoces ac dicta certe gnostica:

αἰών. αἰῶνεc. VII 35. uox gnosticis tritissima. Matter hist. du gnost. II 111 (de Valentini aeonibus).

πίcτιc. ἐγὼ ἡ πίcτιc εἰc ἀνθρώπουc ἐκρυθεῖcα VII 17. non minus iis usitata: uide librum 'Pistis Sophia'[4]) et in Hippolyti refut. omn. haer. VI 30.[5])

ἀπόρροια. οὗ αἱ ἀγαθαὶ ἀπόρροιαι τῶν ἀcτέρων εἰcὶν δαίμονεc καὶ τύχαι καὶ μοῖραι VIII 7. notae sunt ἀπόρροιαι, emanationes, προβολαί gnosticorum. sescentiens legimus in Pist. Soph. 'magna ἀπόρροια luminis' (p. 76, 82, 83, 84 etc. etc.).

ἄγγελοι. δαίμονεc. πνεύματα. IX 10. VIII 14. V 7. VIII 14. de angelis gnosticorum uide Lipsii notas in 'Ersch und Gruber, encyclop.' I. sect. pars 71 p. 237. δαιμόνια in Pist. Soph. saepe uocantur (p. 134, 237 etc.).

πνεῦμα. ἠκούcθη μου τὸ πνεῦμα — ὑπὸ πνεύματοc X 12 sqq.[6])

ἅγιον πνεῦμα. Hippol. VI 31 de spiritu sancto in Valentini doctrina.

προπάτωρ. VII 20. παντοκράτωρ VII 27. VIII 3 προπάτωρ saepe in Pist. Soph. p. 13, 17, 29 (ἀγένητοc — αὐτογένητοc etc.). ἀόρατοc p. 117, 136 etc. cf. VII 19 ὃν οὐδεὶc ὁρᾷ οὐδὲ προπετῶc ὀνομάζει. — apud Marcum: Hippol. VI 43. πατὴρ ἀγέννητοc ἄφθαρτοc ap. Valent. Hippol. VI 29. Irenaei c. haer. I 1, 1.

1) Apud. Ross. inscr. Graec. ined. III n. 246^{b} p. 8 legitur, qui titulus 2. p. Chr. saeculo attribuitur. cf. Herzog, 'realencyclop. für protest. theologie'. IX, p. 738 sqq.

2) Letronne exam. archéol. de deux questions sur la croix ansée égyptienne p. 285 sqq. in 'œuvres choisies. III. série. tom. 2' p. 133 sqq.

3) χρήcιμον? sic iam Wessely uoluit intellegi in pap. britann. XLVI 97. 'denkschriften' l. c., p. 39. pap. britann. XLVI 399, 406 ☧ = χρῶ.

4) Opus gnosticum Valentino adiudicatum e cod. manuscr. coptico Londinensi descripsit et lat. uertit Schwartze. ed. Petermann. Berol. 1851.

5) Edd. Duncker et Schneidewin. Gott. 1859.

6) Ἐν τῷ κενῷ πνεύματι in formula deuotiua et ipsum uidetur huc trahendum: nil inueni prorsus simile.

ὁ πύρινος θεός IV 9: sic apud Naassenos (Ophitas) appellabatur δημιουργός secundum Hippol. V 7.[1])

μυστήριον sescentiens in libro Pist. Soph. inuenitur (uel in prima pagina noniens). cf. iam Matthaei 13, 11 γνῶναι τὰ μυστήρια.

παρρησία VI 12. tritissima uox in Pist. Soph. p. 7, p. 19 ter, p. 20, 84, 86 etc. etc.

ὄνομα ἑπταγράμματον — ἁρμονίαν τῶν ἑπτὰ φθόγγων ἐχόντων φωνάς VIII 6. Pist. Soph. p. 3 'septem φωναί'. de septem uocalibus ap. Marcum gnosticum uid. Hippol. VI 48.

ὀφεοπρόσωπος θεός V 19 in memoriam reuocat θεὸν ὀφιόμορφον Ophitarum. cf. Lipsium l. c. p. 279.

τὸν κύκλον μὴ γινώσκων τοῦ ἁγίου κανθάρου II 5. est formula dicendi gnostica. Matter hist. du gnost. I 223, Reuvens lettres à Letronne I p. 14. cf. Evang. Iohann. I 10: ὁ δὲ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. epist. I ad Corinth. 1, 21: οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν θεόν.

γενέσθω βάθος πλάτος μῆκος αὐγή V 17. memineris uerborum geneseos γενέσθω φῶς, unde fortasse illud sumpsere gnostici. insuper in memoriam uocatur locus ep. ad Ephes. 3, 18: ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος, γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως κτλ. (cf. LXX Iob. XI 7, 8, 9); unde illa uerba huc deportata esse per gnosticos non modo conicio sed affirmo: namque Hippolytus in describenda Valentini doctrina citat haec ipsa uerba et quomodo ille explicarit locum adnotat (VI 34).[2]) Pist. Soph. p. 146: 'homines qui cognouerint uerbum illud cognituros esse scientiam uerborum omnium, quae dixi uobis, quod βάθος et quod altitudinem, quod longitudinem et quod latitudinem' etc.

ὁ ἐνφυσήσας πνεύματα ἀνθρώποις εἰς ζωήν VII 27. eadem uia huc delata esse uidentur, si legimus uerba geneseos (II 7) et ipsa ab Hippolyto in enarrandis Valentini sententiis adscripta: καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς (VI 34).

ὃν καλοῦσι Βαλχάμ V 11. nonne est Bileam (בִּלְעָם, Βαλαάμ), de quo mago ac deuotore narratur in 4. libr. Mos. c. XXII 5 sqq.? a quo nomen duxisse Nicolaitae gnostici (2. saec. p. Chr.) uidebantur nonnullis theologis. (cf. imprimis apocal. Ioh. II 14, 15 et Langii notas in commentario apocal. (1871) p. 84.)

Videmus haud pauca et a Iudaeis petita esse.[3]) sed nec cum aliis illis nec cum Graecorum et Aegyptiorum religionibus commixta

1) Ed. Duncker et Schneid. p. 146 τῷ ταύτης τῆς κτίσεως δημιουργῷ Ιαλδαβαωθ, θεῷ πυρίνῳ, ἀριθμὸν τετάρτῳ· οὕτως γὰρ τὸν δημιουργὸν καὶ πατέρα τοῦ ἰδικοῦ κόσμου καλοῦσιν. cf. V 26.

2) VI 34: ἵνα ἐξισχύσητε νοῆσαι, τί τὸ βάθος, ὅσπερ ἐστὶν ὁ πατὴρ τῶν ὅλων, καὶ τί τὸ πλάτος, ὅπερ ἐστὶν ὁ σταυρός, ὁ ὅρος τοῦ πληρώματος, ἢ τί τὸ μῆκος, τουτέστι τὸ πλήρωμα τῶν αἰώνων.

3) De nominibus harum papyrorum Iudaeis nonnulla se dixisse adnotat Wessely (denkschr. l. c. p. 35) in actis anglicis 'The Expositor' III no. 13 p. 194, quae bibliothecae non suppeditarunt.

esse potuere unquam nisi tum a gnosticis. neque enim unquam deorum ac religionum conturbatio in orbe terrarum uisa est tanta, quantam illic uidemus. omnium paene religionum, quae dilabi atque infringi coepere, ruinae ac fragmenta corruere in ingentem superstitionum molem in Aegypto maxime coaceruatam. nunc demum papyri haece docent, quo processerint in his rebus illa aetate, et qualis re uera fuerit gnosis uolgaris. habes adscriptos, quales deos ac numina adorarint uel nominarint:

Ἀγαθοδαίμων[1]), Ἄμμων, Ἄνουβις, Ἁρποκράτης, Ἑρμάνουβις, Θώθ, Ἶσις, Ὄσιρις, Σάραπις, Σήθ, Τύφων, Ὧρος.

Ἀβραάμ, Ἰσάκ, Ἰακώβ, Ἰσραήλ (Ἰάω Σαβαώθ), Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ τῶν Ἑβραίων θεός.

Μίθρας, Μελικέρτης, μήτηρ θεῶν.

Ἀθηνᾶ, Ἅιδης, Ἀπόλλων, Ἄρης, Ἄρτεμις, Ἀφροδίτη, Διόνυσος, Ἑκάτη, Ἐριννύες, Ἑρμῆς, Ἔρως, Ζεύς, Ἥλιος, Ἥφαιστος, Κρόνος, Μήνη, Περσεφάσσα et Περσεφόνη, Σελήνη.

Αἰακός, Ἀκταίη, Ἀλκυόνη, Ἀλληκτώ, Ἀμφιάραος χθόνιος, Ἄτροπος, Ἀχέρων χθόνιος, Βριμώ, Κέρβερος, Κλωθώ, Λάχεσις, Μοῦσαι, Νεμέσεις, Τάρταρος χθόνιος, Τηθύς, Τιτάν, Χάρων χθόνιος.[2])

Lucidissimum in ipsa pap. V est exemplum deorum mixtorum p. VII inde a u. 20, cuius rei nouum testimonium efficio ipse in p. VI 17 Χριστὸς Ἄνου[βις].[3])

Iam nomina illa hic illic composita inuenta erant in gemmis gnosticis, quae quin omnia amuleta magica fuerint, uix dubium est.[4]) iam didicimus, quantopere superstitiones gnosticae peruolgatae fuerint per omnes fere imperii Romani prouincias; in Aegypto, in Syria, in Hispania, quin etiam ad Rhenum[5]) inuenta sunt illa amuleta. aliquando historia erit conscribenda superstitionis illius, ubi quomodo quando propagata fuerit.[6])

Ac si nomina magica eodem modo inuenimus in papyris ac gemmis, quis negabit re uera papyros esse commentarium et quasi clavem adhibendam frustulis illis lapidariis? reuera inuenimus nomina arcana illa tritissima Ιαω Σαβαωθ αδωναι αβραξας etc. in

1) Numeros non opus adscribere; facile quaeres in indice uerborum, quem Wessely adseruit editioni pap. Paris. et Lond. denkschr. l. c. p 154 sqq.

2) Alia addi possunt e papyris demoticis et copticis magicis uelut in pap. copt., quam ed. L. Stern in 'ägypt. zeitschr.' 1883 p. 43 inuocantur Christus, Immanuel, Maria.

3) Cf. imaginem explicatam in Kingii libro 'the gnostics and their remains' p. 91 sqq.

4) Baudissin, 'studien zur semit. religionsgesch.' Lips. 1876. I p. 187.

5) Tabula argentea gnostica inuenta est prope Badenweiler, de qua egit Wiedemann 'jahrb. des vereins von altertumsfreunden im rheinland'. 1885.

6) In libellis magicis medii aeui eaedem occurrunt uoces: Zebaoth Adonay etc. cf. Wuttke, 'der deutsche volksaberglaube' p. 177 adn. nonne et multarum rerum, quae nunc magicae seruantur, ultimi fontes sunt illa inuenta gnostica?

gemmis innumeris[1]); reperimus et uoces magicas papyrorum cεμεcιλαμ, cεcεντεν βαρφαραγγηc, ἀβλαναθαναλβα ἀκραμμαχαμαρι[2]) et alia multa, quae conferre inutile est.

Neque uero hoc genus uocum magicarum a gnosticis inuentum est. iam Aegyptii antiquissimis temporibus — inter annos 1500 et 1000 a. Chr. n. — talibus litterarum compositionibus formidulosis se deos cogere posse opinabantur[3]), iam Graeci antiquiore aetate utebantur 'ephesiis litteris'[4]) ac Romanos iam priscos talia adhibuisse docet Varro de r. r. 1, 2, 34 et alias. omnes fere, ut puto, populi in his rebus usurpabant uoces, quae quo obscuriores eo diuiniores uidebantur.

Sed illa sunt perpauca ac pusilla, si nunc in papyris uidemus, quantam uocum magicarum incredibilem molem congesserint gnostici, qui primi haud dubie haec collegerunt ac cumularunt.[5])

Possuntne haec intellegi atque explicari? ipsi scriptores adscribunt interdum singulis uocibus ἑλληνιcτί — ἀβραϊcτί — αἰγυπτιcτί talia. Atque eo modo, quo haud raro sapiunt illa uerba linguam graecam ut V 35: αcτραβον, θεεκεραυνε, μεγαλονο.ηλιο, περανο, κοcμολαμπροβηλο κτλ., quamquam non plane graeca sunt, et in aegyptiis hebraeis aliis talia interdum subesse concedo.[6]) sed caue ne explicare tibi uidearis, quae omni ratione carent. rectissime Wiedemannus, uir in his uersatissimus, l. c.[7]) de nonnullis usitatissimis uerbis iudicauit ea nil esse nisi lusum litterarum, alia certo quidem modo explicari non posse.[8]) iam antiqui ipsi nonnulli intellexere ὀνόματα esse ἄcημα.[9]) etsi nemo nisi qui omnes linguas, quibus uti potuere, probe sciat rem diiudicare poterit, tamen certum est explicari eo modo, quo Zuendel[10]) Bergk[11]) Kopp[12]) alii uoluere, non licere. tamen caue, ne affirmes omnes has uoculas sensu

1) Contulit Baudissin l. c. p. 189 sqq., qui historiam uocis Ἰάω (sic acuendum esse docuit p. 252) instituit ibid. inde a p. 201.

2) Cf. Wiedemann l. c. p. 220, 222, 225, 226. Kopp, Palaeogr. crit. III p. 664, 671, 681 etc.

3) Vid. Ed. Meyer, 'gesch. des alten Aegyptens'. 1887. p 275. iam leguntur talia in papyro quae uocatur pap. Harris.

4) Cf. Hesych. s. u. γράμματα. Clem. Alex. Strom. V 8. Lobeckii Aglaopham. p. 1163, 1330.

5) Laminae illae plumbeae: CIGr. III 5858^b et imprimis quae edita est a Lenormant, M. Rh. IX 370 sqq., ubi plurimae similes uoces occurrunt, postea demum confectae sunt. altera Alexandriae reperta 3. p. Chr. saec. adtribuenda.

6) E. c plana sunt illa κρυβε κρυβε X 10. βιβιου βιβιου cφη cφη 3, 6. quae idem significant ac ταχὺ ταχὺ ἤδη ἤδη (II 4, III 13, V 3).

7) p. 222, 225, 228.

8) Cf Wessely, Stud. Vindob. VIII 182 sqq.

9) Lucian necyom. c. 469. Iamblich. de myst. VII 4, 5. Origen. c. Cels. I 24.

10) M. Rh. XIX p. 481 sqq.

11) Philologus XXI (1864) p. 585 sqq.

12) Palaeogr. crit. III permultis locis.

carere: litterarum complexiones non modo saepe recurrunt eaedem (cf. βαινχωωχ, cεcεντεν βαρφαραβαγγηc)[1]) sed etiam in similibus incantationibus uelut ερεcχιγαλ ιωερβηθ ιωπακερβηθ κτλ. uidentur adhiberi in formulis deuouentibus.[2]) haec aliis explicanda remitto. uerum permulta iam nunc uidemus esse uanos numerorum uel litterarum lusus. sic αβραcαξ = 365[3]), αμην = 99[4]) intellegendum, ac multa certe non extricari possunt, si reputamus quanti numerorum ludi gnosticis adscripti sint[5]), qui saepe uoces dissoluerunt in numeros ac rursus his uario modo computatis alia uerba effecerunt.[6]) at quis non intellegit meros ludos litterarum prima uocis littera mutata effici in his uerbis: νεννανα cεννανα IV 6; caβαωθ ταβαωθ III 7; θαθ φαθ χαθ IX 12; αcτραφαι ιαcτραφαι VI 11 et in aliis? praeterea innumeros effinxere παλινδρόμουc, qui uocantur, quales detexerunt Wessely[7]) et Kopp[8]), et quales pauci in pap. V inueniuntur: ἀβλαναθαλβα saepissime, μομμομ IV 10, θαθ IX 12, χαθαθιχ IV 7 fortasse erat χαθαθαχ, θαθαβαθαθ XII 5. fortasse constitutae erant uocales[9]) VI 14 hoc modo:

ωουεηωηω | ωηωηεουω.

namque quis illas nugas miseras explicare poterit, quae a scribis innumeris misere corruptae[10]) traduntur.[11])

Quibus adnotatis restat, ut alia gnoseos testimonia in papyro luculentissima adferamus. namque anuli illi, qui describuntur VI 28 sq. et VIII 29 sq. uere gnostici sunt. lapides, quibus serpentes οὐροβόροι insculpuntur et Isis[12]) cornibus ornata uel κάνθαροc et sol, et quibus

1) Wessely 'ephesia grammata' in progr. gymn. Franc.-Ioseph. Vindob. 1886. p. 20 et 22.

2) Cf. XI 20, XV 28. cf. Wessely l. c. p. 23, ubi talia plura colligere potes. cf. et infra, ubi tractantur defixiones.

3) Pap. Leid. W 4, 30: cὺ εἶ ὁ ἀριθμὸc τοῦ ἐνιαυτοῦ Ἀβραcαξ.

4) Vide quae contulit Wessely in 'mitteilungen aus der sammlung der pap. erzherz Rainer'. Vind. 1887. I p. 113.

5) Cf. simillimas mysticas particulas libri Pistis Soph. p. 80, 201, 225, 234. cf. Hippolyt. VI 44 sqq. Iren. c. haer. I 14, 5 sqq.

6) Cf. Wessely l. c.

7) In stud. Vindob. VIII 189 et 194. cf. 181 de titulo CIGr. I 5858^b cf. praeterea pap. Paris. p. 55 (paene incredibiles litterarum compositiones παλίνδρομοι!) pap. W p. V 11/12, 18—20.

8) Arthur Kopp, 'beitr. zur griech. excerptenlitteratur' p. 65.

9) Vocales imprimis ad lusus maxime uarios aduocabant, praecipue gnostici Marciani. cf. Baudissin l. c. p. 196, Kopp, Palaeogr. crit. III 300.

10) Cf. quae supra de βαπλαμη dixi. — in pap. V p. IV 23 et 27 eadem sex nomina mystica bis repetuntur: uide quot litteras mutauerint.

11) Omnia papyrorum gemmarum laminarum ephesia grammata bene collegit Wessely in progr. gymn. Franc.-Ios. Vindob. 1886.

12) VI 29 scribendum: καὶ ἐπίμεcον τοῦ δράκοντο[c Ἶcιν δ]ύο ἀcτέραc ἔχουcαν ἐπὶ τῶν δύο κεράτων. cf. cod. Ambros. A 95 (e Damigeronte graeco) in Abel. Lith. p. 168 in lapide describendo: κέλευε ἀδάμαντι γλυφῆναι κάνθαρον· εἶτα εἰc τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἑcτῶcαν Ἶcιν κτλ. cf. quae alia Abel. attulit et Parthey ad Plut. Is. et Os. p. 151.

ιαω cαβαωθ αβραξαc inscribitur, haud pauci seruantur adhuc[1]); quales ipse uidi in museis Cassellano et Leidensi.

Ac ζῴδιον illud ἀνθρωποειδέc, quod describitur IV 16—22, uidemus plane eodem modo depictum esse in gemmis gnosticis. alas quattuor, corollam, bracchium curuatum, manus porrectas[2]), digitos curuatos, quorum unus adponitur cτομάχῳ κεκλειcμένῳ, πυγὴν πτερωτήν, ἐκτεταγμένα etsi non ξίφη tamen duas hastas reperimus et illic[3]): est Harpocrates, qui gestu digiti cιγὴν gnosticis tam honoratam significat.[4]) quo referendum sit ζῴδιον illud, quod pap. exhibet depictum in p. XII, nescio.

Iam multa a Iudaeis desumpta esse in papyro non modo in uocibus magicis sed etiam in sententiis atque enuntiatis demonstrauimus: licet unum addere: ἐγώ εἰμι ὁ cυνηντήcαc ὑπὸ τὸ ἱερὸν ὄροc καὶ ἐδωρήcω τὴν τοῦ ὀνόματόc cου γνῶcιν[5]) (III 19): elucet e pap. Berol. II, ubi (u. 126) paene idem occurrit, non montem Thabor, ut Reuvensio uidebatur[6]), sed montem Mosis (Sinai) significari: paulo ante in pap. Berol. II u. 115 legitur: εἰc Μοϋcέω cὺ ἄρ' ἐφάνηc cῇ ἀληθείᾳ. atque addiscendum hanc de monte sententiae quasi formam ad Graecos propagatam esse uario modo uelut apud Iamblich. uit. Pyth. c. 28 Aglaophamus Pythagoram in monte Pangaeo docuisse fertur.

Nec uero praetermittendum et Πάρθουc memorari in pap. VIII 18: κατὰ δὲ Πάρθουc ουερ . . . παντοδυνάcτα: nil amplius e litteris elici potest.[7])

Num quae referenda sint ad Mithram in pap. uix certum est: paene ueri est simile quae IV 34 — V 2 de cane, qui κράτεα deuoret, dicuntur recte comparari cum monumentis Mithriacis.[8])

---

1) Kopp, Pal. crit. IV 104, 156, 180, 312. King the gnostics and their remains. Lond. 1864. tab. prim. fig. 3, II 7. Matter hist. du gnost. II. planch. II B fig. 3. et apud scriptores talia amuleta praescribuntur cf. Pitra Analecta sacra II p. 676 sqq. Galen. de simpl. med. IV 2, 19, IX 26 (ubi Nechepso citatur), Marc. Empir. 20 p. 115b. Aet. tetrab. IX c. 26.

2) Cf. Pap. Paris. 924: τὰc χεῖραc ἐπὶ τῶν γλουτῶν ἐκτεταμέναc. cf. ad haec Iahn, 'berichte der sächs. ges. der wiss.' 1850 p. 102.

3) Kopp, Pal. crit. III p. 136, IV 305. Matter hist. du gnost. II planch. I E fig. 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13. cf. quae exposuit Iahn l. c. p. 81 et Harpocrates ἐπὶ τοῦ λωτοῦ καθήμενοc III 14 saepissime inuenitur: l. c. Kopp, Pal. crit. III p. 684, IV p. 33, 82, 305. King the gnost. and their rem. tab. VII 4.

4) Cf. Plut. Is. et Os. c. 68. Aegyptii olim infantem digitum sugentem fingere uolebant; postea gestum cιγῆc perperam intellexere.

5) Leemans legens ονcου de Aegyptiorum deo Chonsu uerba fecit.

6) Lettr. à M. Letronne p. 159.

7) Parthos exercuisse artes magicas docet et Plin. h. n. XXX 14, qui narrat Tiridatem regem Parthorum cum magis Romam profectum Neronem artibus illis initiasse.

8) Reuvens. lettr. p. 19 adn. c. cf. Zoega, 'abhandlungen' ed. Welcker p. 157. J. Burckhardt, 'zeit Constantins des Grossen' p. 228. ad uocem κράτεα cf. uocem 'uires' usurpatam in taurobolii ritu ('uires excipere'). ib. p. 223. uid. quae contulit Wolff de sacellis Mithriacis in 'zeitschrift für hessische geschichte'. VIII. supplem. Cassellis 1882.

2. Aegyptiaca.[1])

Quod haud pauca in pap. ex Aegyptiorum religione ac superstitione petita sunt, cui mirum? etenim nusquam terrarum artes magicae magis floruere, quam apud Aegyptios iam antiquissimos. quibus iam in monumentis multis saeculis Christo n. antiquioribus omnia paene impleta sunt; Osiridis uero religio ipsa paene magia est.[2]) iam Ramse II rege, qui aetate Mosis uixit, homo quidam supplicio affectus est, qui magicis artibus regem e medio tollere uoluerat.[3]) magicae sunt inscriptiones pyramidum[4]), magicae papyri hieraticae, permultae demoticae et copticae. quae quantopere graecis coniunctae ac similes fuerint, pap. ipsa V prae se fert, cui 6 paginae demoticae magicae adsertae sunt.[5]) longe simillima est pap. demotica no. 65 Leidensis, cuius partes a Revillout.[6]) et Maspero[7]) uersas ad emendandam quidem pap. V adhibui. fragmenta coptica exposuere Stern[8]) et Erman.[9])

Mutuo modo desumpsere alii ab aliis: qui composuere libros gnosticos, uetere Aegyptiorum superstitione utebantur; qui conglutinarunt in usum imae plebis libros demoticos et copticos, desumpsere illos.[10])

Nec superuacaneum breui significare, quae in pap. V redoleant mythos Aegyptiacos.

pag. II 4 ἔφθαcε τὸ πῦρ[11]) κτλ. haud dubie est my-

---

1) Summa comitate Wiedemannus me adiuuit ita, ut haec quidem pauca congerere potuerim in usum non aegyptologorum sed eorum qui papyris illis intellegendis operam sunt nauaturi.

2) Cf. Erman, 'Aegypten und ägyptisches leben' II. 1888 p. 471 sqq. Meyer, 'geschichte des alten Aegyptens' p. 87 sqq.

3) Cf. Revillout in 'revue égyptologique' I p. 165 sqq.

4) Recueil de traveaux relatifs à phil. et arch. ég. III cf. papyr. Ebers prooem. p. 16.

5) De quibus nil facere potui, quia adhuc nondum uersa edita sunt.

6) 'Revue égyptol.' I p. 167 sqq.

7) 'Recueil de traveaux relat.' I p. 20 sqq.

8) 'Aegyptische zeitschrift' 1885 p. 42.

9) 'Aegyptische zeitschrift' 1884 p. 93 sqq.

10) Vide memorabile praeceptum in pap. demot. apud Maspero. recueil de trav. I p. 36 'tu récites l'évocation sur sa tête, tu tiens sur sa tête l'évocation en langue grecque'. uidentur igitur primo quidem hae res graece scriptae fuisse.

11) Mythi de mundo igne deleto reliquias apud Aegyptios inuestigauit benigne Wiedemannus meum in usum: pap. Ebers 69, 3 'mein sohn Horus, es brennt im lande. wasser sei dort, wo kein wasser ist. der Nil eile herbei, um das feuer zu löschen'. ib. 69, 6: 'mein sohn Horus, es brennt im lande; kein wasser ist dort, kein retter ist dort. bringe mir wasser über die ufer der flut (also die überschwemmung des Nils), um zu löschen das feuer'.

Metternich-stele (aeui Ptolem.): 'feuer das herauskam aus dem hause der göttin User-A (i. e. 'die mächtige' sicut deae complures uocabantur). nicht ist wasser dort um es (das feuer) zu löschen'. cf. Plato Timaeus 22.

thus[1]) de Osiridis, qui quasi solis deus (κάνθαρος, Φωρει)[2]) describitur, διαμελισμῷ[3]) per Typhonem, qui πῦρ uocatur[4]), effecto. similem rem spectat II 16 sqq.: ἐὰν δέ μου παρακούσῃς κτλ.[5])

p. XI 22 sqq. μάχην — ὡς εἶχον Τύφων καὶ Ὄσιρις κτλ. in mythum eundem spectat.

p. VII 23 ἐγώ εἰμι Ὄσιρις ὁ καλούμενος ὕδωρ. conferas Plut. Is. et Os. c. 33: Ὄσιριν μὲν ἁπλῶς ἅπασαν τὴν ὑγροποιόν ἀρχὴν καὶ δύναμιν et Hippolyti, qui narrat Osiridis et Isidis mysteria apud Naassenos multa ualuisse, uerba V 7 p. 142: Ὄσιριν δὲ λέγουσιν ὕδωρ.

Ibid. Ἶσις ἡ καλουμένη δρόσος. explicare nequeo. Plutarchus terram esse Isin docet.

p. VII 16 ἐγὼ φυτὸν ὄνομα βαΐς, ἐγὼ ἀπόρροια αἵματος ἀπὸ τῆς τοῦ μεγάλου ταφῆς τῶν βαΐων. ταφή hic est 'arcula uel loculus' Osiridis lacerati ut in pap. biling. J 383, 8 u. 25, 26: βαστάζω τὴν ταφὴν τοῦ Ὀσίριδος.[6]) praeterea cf. Wiedemann., 'sammlung altägyptischer wörter, welche von klassischen autoren umschrieben oder übersetzt worden sind'. Lips. 1883 p. 16 s. u. βαΐ = ψυχή (Horapoll. I 7) et βάϊς = 'palmbaum' (Chaerem. ap. Porphyr. de abstin. IV 7). nil tamen certi efficere possum.

p. IV 32, XI 17 sqq., 24, XV 21 aduocatur uariis incantationibus Σηϊθ-Τύφων, malus Aegyptiorum deus.[7])

p. III 5 sqq. σὺ εἶ ὁ νήπιος κτλ. secuntur dei formae pro regionibus caeli enumeratae. cf. pap. Berol. II 101 quae supra composui. numen solis sic in diuersis coeli regionibus animalium figuris diuersis uti dicebatur: infantis, serpentis, crocodili etc.[8])

p. III 15 ὁ ἐπὶ τοῦ λωτοῦ καθήμενος καὶ λαμπυρίδων τὴν ὅλην οἰκουμένην: formula antiquissima monumentorum Aegyptiorum[9]) nec alia illa τὸν ἐν τῇ καλῇ κοίτῃ (II 1).

1) Praeponitur incantationi mythus quidam apud permultas gentes: apud Aegyptios antiquissimos cf. Erman, 'äg. zeitschr.' 1883 p. 104 sqq. et 'Aegypten u. äg. leben' p. 471. Maspero l. c. p. 40. apud Indos et Germanos: uide quae comparauit A. Kuhn KZ. 13 p. 49 sqq. et 113 sqq.

2) Cf. Leemansii adnotat.

3) Cf. Plut. de Is. et Os. c. 11 et 18. τὸ μέγιστον καὶ ἔνδοξον αὐτοῦ κατεχρήσαντο in pap.: nonne referendum ad Osiridis genitalia abscissa? Plut. de Is. et Os. c. 18. Hippolyt. V 7 p. 142.

4) Typhonem ignem esse putari docet E. Meyer. 'Set-Typhon'. Lips. 1875 p. 41.

5) ἐὰν παρακούσῃς (cf. IV 34) paene legitima formula esse uidetur harum ἀπειλῶν βιαστικῶν cf. Lucan. Pharsal. VI 492. Psell. de oper. daemon. p. 26 (Boissonade). Reuvens lettr. p. 19. Iamblich. de myster. VI 5 et 6.

6) Cf. Leemansii adnotat.

7) Cf. Meyer, 'Set-Typhon'.

8) Brugsch, 'religion und mythologie der alten Aegypter' I p. 160 et 241. cuius libri quod uolumen secundum nuper editum nondum inspicere potui ualde doleo.

9) Brugsch l. c. p. 168 et 121.

p. II 19 — ποιήσαντος τὰ τέσσαρα θεμέλια καὶ μίξαντος τοὺς δ' ἀνέμους. opinio Aegyptiorum antiquissima est mundum exstructum esse a deo in quattuor columnis. iam in monumento, quod adscribitur aetati Ramsis VI., legitur: 'der himmel ruht fest auf seinen 4 pfeilern'.[1])

p. III 29 σὺ εἶ τὸ ᾠὸν ἀπὸ λοχίας —. finxerant Aegyptii mundum ortum esse ex ouo et solebant deum solis uel deum summum fabulari ex ouo ortum esse uel ipsum ouum esse.[2]) cf. Orphicum ᾠογενῆ in hymn. VI 2 (Abel.).

p. V 5 ...ην ὀρ(θ)ὸν ἰβιοπρόσωπον. quo modo lacuna supplenda est? postea u. 8. sequitur: κατὰ τοῦ πατρός σου Ὀσίριδος καὶ Ἴσιδος τῆς μητρός σου: est Horus.[3]) ἰβιοπρόσωπος uero nemo esse potest nisi Θώθ, graece Ἑρμῆς, quem in hac deorum mixtione et filium Osiridis et Isidis uocari potuisse ueri est simile. scribendum est ⟨Ἑρμ⟩ῆν ὀρ[θ]ὸν ἰβιοπρόσωπον: quod me docuit Wiedemann.

p. VII 24 ἐγώ εἰμι Ησενεφυς ἡ καλουμένη ἔαρ.[4]) inesse debet Νέφθυς dea[5]), quae saepius inuocatur in demoticis et copticis papyris.[6])
φ
in papyro coptica[7]) lego: σεσενεβθω. quid iudicandum sit, uideant alii.

p. VII 25 ἐγώ εἰμι σῦχος. nomen est aegyptium crocodili, quod Leemansius ad locum adnotauit. deus κροκοδειλοειδής est Sebak.

p. VI 5 τὸ τῆς ὀργῆς ὄνομα χνεωμ. de uoce χνεωμ ne Leemansius quidem certi quid attulit.

Denique notatum sit formulas illas ἐγώ εἰμι θεός — et talia (III 1, VI 13, VIII 18 sqq.) iam proprias esse ueteris Aegyptiorum superstitionis.[8]) iam legis in pap. mag. Harris 8, 5: 'ich bin Ammon, ich bin Anhor — ich bin der fürst, der herr des schwertes' etc.[9])

1) Brugsch uertit l. c. p. 201. cf. p. 209: 'er hob empor den himmel auf seine 4 säulen'. de 4 zonis Aegyptiorum multa collegit Reuvens. lettr. p. 28 sqq.

2) Brugsch l. c. p. 161, 168, 169 sqq. cf. codicis graeci uerba in Berthelot, 'collection des alchimistes grecs' I 'texte grec' p. 20: ὀνοματοποιΐα τοῦ ᾠοῦ· αὐτὸ γάρ ἐστιν τὸ μυστήριον τῆς τέχνης. (1) τὸ ᾠὸν ἐκάλεσαν τετράστοιχον διὰ τὸ εἶναι αὐτὸ κόσμου μίμησιν περιέχον τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐν ἑαυτῷ.

3) Cf. pap. Paris. u. 1075 Ὧρος — υἱὸς Ἴσιδος καὶ Ὀσίρεως.

4) Cf. Plut. de Is. et Os. c. 69 τὸ δ' ἔαρ Περσεφόνην: potestne Nephtys cum Persephone comparari?

5) De qua Plut. de Is. et Os. c. 12 et 14.

6) E. c. uide Maspero l. c. p. 21.

7) Erman, 'aeg. zeitschr.' l. c. p. 161.

8) Simili modo mortui iam in pyram. inscriptionibus ipsi uocantur: 'hic Osiris N. N.' Meyer, 'geschichte des alten Aegyptens' p. 88. et in libro mortuorum leguntur: 'ich bin Ra, Horus' etc. Meyer, 'Set-Typhon' p. 11.

9) Vertit Erman, 'Aegypten und ägyptisches leben' II p. 472. cf. Lenormant 'la magie chez les Chaldéens'. Paris. 1874 p. 87. hic mos ortus esse uidetur mihi ita, ut mythus olim de deo narratus, quo modo ille eadem arte magica effecerit, quod nunc efficiendum sit, postea correptus sit in formulam: ἐγώ εἰμι θεός etc.

Haec tantum[1]) sint de fontibus Aegyptiacis adnotata, ut diuines quidem, quantum in papyris hisce ualeat superstitio antiqua Aegyptiorum. ignoscas, quod mea nimis manca sunt. aliis hic habitandum erit.

3. Orphica.

Multa sunt, quae e fontibus graecis petierunt, praeterquam quod graeca numina saepe inuocantur.

Si in p. II. u. 34 legimus cὺ εἶ ὁ περιέχων τὰc χάριταc ἐν τῇ κορυφῇ λαμπρῇ, nonne id graece dictumst de Apolline? nonne iam uerborum collocatione diuinare iubemur e uersu quodam sic discerpta esse uerba? legis et in hymno Apollinis pap. Berol. II 6: cῆc ἱερῆc κορυφῆc κτλ., legis in pap. mus. britann. XLVII. u. 10 ἐν κορυφ]ῆcι πολυπτύχου ὑψηλο[ῖο, in pap. Berol. II 140: Μουcῶν Ἀπόλλων. potest fuisse uersus, quem dilacerarunt, hic:

ὅc τ᾽ ἐν cῇ κορυφῇ λαμπρῇ χάριταc περιΐcχειc.

ipsi uersus[2]) quattuordecim etsi corrupti seruantur in papyri p. VII. et VIII. atque in iis, quae antecedunt et quae conscripsi in p. 761, sententiae atque enuntiata inueniuntur simillima. iam antea erant in pap. Berol. inuenta hymnorum fragmenta et iam Diltheyus in iis, quae de hymnis a Millero editis disputauit in M. Rh. XXVII p. 375 sqq., illustrare coepit, quo modo illi, qui libros magicos graecos in Aegypto olim primi conglutinassent, sententias formasque precationum repetissent e copia hymnorum uel carminum, quae solent appellari Orphica. demonstrare uero nunc licet exemplis lucidissimis sententias 'Orphicas' huc manasse et in omnes fere libros magicos delatas esse.

In p. VII. uerbis, quae supra adscripsi, duae sententiarum quasi series conseruntur:

I omnia contremiscere ac turbari audito nomine dei sacro;
II omnes mundi partes esse dei summi membra.

nec uero latet in uersibus illis quattuordecim sententias reperiri easdem.

Vnde hae, quas legimus, sententiae sumptae sint, quaeritur. quae de caelo et terra et uniuerso mundo, quo modo perturbata sint, dicuntur conscripta has fere praebent sententias: (ὄνομα) ὃ οἱ δαίμονεc ἀκούcαντεc πτοοῦνται, οὗ τὸ ὄνομα ἡ γῆ ἀκούcαcα ἑλίccεται, ὁ ᾅδηc ἀκούων ταράccεται, ποταμοὶ θάλαccα λίμναι πηγαὶ ἀκούουcαι πήγνυνται, αἱ πέτραι ἀκούcαcαι ῥήγνυνται. uide quam sint similes uersus 7—10 (uide p. 779). maxime uolgatae fuere huius rei depictiones in libris carminibusque magicis.

1) Non adhibui fragmenta illa inde a p. XIV. contextui demotico interposita, quia nimis incerta sunt. p. XVI. u. 19 βάριc solis dei commemorari uidetur (cf. Wiedemann l. c. p. 17).

2) Et uersus Homerici adhibentur ad incantationes magicas e. c. in pap. Paris. u. 469—474 septem uersus e uariis Homeri locis conscripti sunt. nonnulla collegit Wessely in stud. Vindob. VIII p. 117.

Pap. V p. IV u. 12: ὃν πᾶc θεὸc προcκυνεῖ καὶ πᾶc δαίμων φρίccει.

Pap. W 19, 35 sqq.: ἐπικαλοῦμαί cου τὸ ὄνομα τὸ μέγιcτον ἐν θεοῖc, ὃ ἐὰν εἴπω τέλειον, ἔcται cειcμόc, ὁ ἥλιοc cτήcεται καὶ ἡ cελήνη ἔνφοβοc ἔcται καὶ αἱ πέτραι καὶ τὰ ὄρη καὶ ἡ θάλαccα καὶ οἱ ποταμοὶ καὶ πᾶν ὑγρὸν ὑποπετρωθήcεται, ὁ κόcμοc ὅλοc cυνχυθήcεται.

Pap. Berol. I 273: φυλακτήριον, ἐν ᾧ πάντεc ὑποτάccονται καὶ θάλαccα καὶ πέτραι φρίccουcι καὶ δαίμονεc κτλ.

Pap. Paris. u. 356 sqq.: cὲ ἐξορκίζω κατὰ τοῦ ὀνόματοc τοῦ φοβεροῦ καὶ τρομεροῦ, ὃν ἡ γῆ ἀκούcαcα τοῦ ὀνόματοc ἀνοιγήcεται, οὗ οἱ δαίμονεc ἀκούcαντεc τοῦ ὀνόματοc ἔνφοβοι φοβηθήcονται, οὗ οἱ ποταμοὶ καὶ αἱ πέτραι ἀκούcαντεc τὸ ὄνομα φρίccονται —.

Pap. Paris. u. 3072: ὃν τρέμει γέννα πυρὸc καὶ φλόγεc περιφλογίζουcι καὶ cίδηροc λακᾷ καὶ πᾶν ὄροc ἐκ θεμελίου φοβεῖται, ὁρκίζω cὲ πᾶν πνεῦμα δαιμόνιον — καὶ ποιοῦντα ἔκτρομα τὰ θεμέλια αὐτῆc (scil. γῆc) κτλ.

Hymni, qui insertus est papyro primae Berol., uersus est hic: πᾶcα φύcιc τρομέει cε πάτερ κόcμοιο, hymni magici a Millero e papyro Paris. editi hic (ap. Abel. V 30): δαίμονεc ἣν φρίccουcι καὶ ἀθάνατοι τρομέουcι. hymni Dianae in pap. Paris. (u. 2533) hi sunt uersiculi emendati: κλαγγῆc cῆc ἀίοντα[1]) τὰ κοcμικὰ πάντα δονεῖται ‖ νερτέριαί[2]) τε πύλαι καὶ λήθηc ἱερὸν ὕδωρ ‖ καὶ χάοc ἀρχαῖον[3]) καὶ τάρταρα[4]), χάcμα φαεινόν.[5]) ‖ ἣν θεοὶ ἀθάνατοι[6]) πάντεc θνητοί τ᾽ ἄνθρωποι ‖, οὔρεα ἀcτερόεντα νάπαι καὶ δένδρεα πάντα ‖ καὶ ποταμοὶ κελαδοῦντεc ἅμ᾽[7]) ἀτρύγετόc τε θάλαccα ‖ ἠχὼ ἐρημαίη καὶ δαίμονεc οἱ κατὰ κόcμον ‖ φρίccουcίν cε, μάκαιρα, ἀκούοντεc[8]) ὄπα δεινήν.

Vides quanta constantia propagata sit in libris magicis haec eadem sententia: quam ipsam mireris quod et scriptores in rebus magicis enarrandis testantur: in Vergil. Aen. IV 489 dicitur de sacerdote incantatrice, quae 'carminibus promittat':

1) ἀκούοντα pap. cυνιέντα Wessely l. c. p. 30 et Herwerden in Mnemosyne 1888 p. 16. ad ἀίοντα, quod scripsi, cf. et Argon. Orph. u. 436 (Abel).

2) Herwerdeni (l. c.) emendatio palmaris. νεκτάριαι pap.

3) Sic restituo. pap. αρχεταον (τ superscr.) i. e. ἀρχαίτατον, quod in uersu Aegyptiorum more recitato ferri potuit (ἀρχέτατον). in hymno antea conscripto legebatur haud dubie ἀρχαῖον cf. Arg. Orph. u. 12: ἀρχαίου — χάεοc et idem u. 421. Wessely et Herwerden ἀρχέγονοc.

4) Ci. Wess. Ταρτάρου pap.

5) φαεινόν Herwerdenus l. c. in suspicionem uocauit, quod Soph. Ai. u. 395 ἔρεβοc ὦ φαεννότατον defendere non potest. quae Herwerdenus scripsit χάcμα τ᾽ ἀείνων aut χάcματ᾽ ἀείνω nolo accipere. malim quod non uult κελαινόν.

6) Sic emendo codicis uerba ἣν πάντεc ἀθάναται. Wess.: καὶ πάντεc θεοὶ ἠδὲ θεαί.

7) ἅμ᾽ Wess. ἠδ᾽ pap.

8) μάκαιρ᾽ ἐπακούοντεc Wess. papyrum defendit Herwerden.

'sistere aquam fluuiis et uertere sidera retro,
nocturnosque mouet Manis; mugire uidebis
sub pedibus terram, et descendere montibus ornos.'

Ovid. Metamorph. VII 204 de Medea:

'uiuaque saxa sua conuulsaque robora terra
et siluas moneo iubeoque tremescere montes
et mugire solum' —.

Lucan. Pharsal. VI 463:

'Torpuit et praeceps audito carmine mundus,
axibus et rapidis impulsos Iuppiter urguens
miratur non ire polos.'

472: 'de rupe pependit
abscissa fixus torrens; amnisque cucurrit
non qua pronus erat. Nilum non extulit aestas,
Maeander direxit aquas Rhodanumque morantem
praecipitauit Arar: submisso uertice montes
explicuere iugum.'

527: 'omne nefas superi prima iam uoce precantis
concedunt carmenque timent audire secundum.'

Quintilian. in declamatione X illa 'magica': in incantatione ipsa magi c. XV: 'magis mihi laborandum est quam cum sidera mundo reuelluntur, cum iubentur hiberni fluuiorum stare decursus' etc.

Iam uero unde desumpta sint illa, doceat fragmentum Orphicum 238, 3 (Abel): δαίμονες ὃν φρίσσουσι καὶ ἀθάνατοι τρομέουσιν. si quaerere pergis, adest apud Lactantium de ira 23, 12 Apollinis Milesii oraculum e Porphyrio desumptum[1]):

ἐς δὲ θεὸν βασιλέα καὶ ἐς γενετῆρα προπάντων,
ὃν τρομέει καὶ γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα
ταρτάριοί τε μυχοὶ καὶ δαίμονες ἐκφρίσσουσιν.[2])

Alteram illam sententiam, qua mundi partes tamquam membra dei commemorantur, sic fere componam: οὗ καὶ ἥλιος καὶ σελήνη ὀφθαλμοί εἰσιν ἀκάματοι — καὶ οὐρανὸς μὲν κεφαλή, αἰθὴρ δὲ σῶμα, γῆ δὲ πόδες, τὸ δὲ περίζωμα ὠκεανός.

Similem habemus sententiarum nexum in hymn. mag. pap. Berol. (Abel I 9):

ὁρκίζω κεφαλήν σε θεοῦ ὅπερ ἐστὶν Ὄλυμπος,
ὁρκίζω σφραγῖδα θεοῦ ὅπερ ἐστὶν ὅρασις,
ὁρκίζω χέρα δεξιτέρην ἣ κόσμον ἐπίσχεις.[3])

1) Cf. Dilthey, M. Rh. 27, p. 417.

2) Nescio an quid de talis sententiae historia concludi possit ex eo quod simillima inueniuntur ad Dianam celebrandam dicta in hymn. Homer. XXVII 6: τρομέει δὲ κάρηνα | ὑψηλῶν ὀρέων ἰαχεῖ δ' ἔπι δάσκιος ὕλη | δεινὸν ὑπὸ κλαγγῆς θηρῶν· φρίσσει δέ τε γαῖα | πόντος τ' ἰχθυόεις. an quid utilitatis paratur e uerb. epist. Iacobi I cap. 2, u. 19: — τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίσσουσι, quae e libris hebraicis hausta esse (cf. Iesaiae c. XIV, u. 9) uerisimile, unde plura et huc manauere (e LXX)?

3) Correxit Schenkelius. pap. ἣν κόσμος ἐπέσχες.

Vt uero uideri possit, quo modo apud Orphicos, unde desumpsere magici, magis magisque exculta atque ad pusilla excogitata sit illa numinis diuini descriptio, hos uersus statim adscribam alios post alios:

Fragm. orph. ap. Macrob. Sat. 1, 20:

εἰμὶ θεὸς τοιόσδε μαθεῖν οἷόν γ' ἐγὼ εἴπω
οὐράνιος κόσμος κεφαλή, γαστὴρ δὲ θάλασσα,
γαῖα δέ μοι πόδες εἰσί, τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κεῖται,
ὄμμα τε τηλαυγὲς λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Fragm. orph. 123, 13 (Euseb. praep. eu. III 9. Stob. ecl. phys. I 1, 23):

τοῦ δή τοι κεφαλή μὲν ἰδεῖν καὶ καλὰ πρόσωπα
οὐρανὸς αἰγλήεις, ὃν χρύσεαι ἀμφὶς ἔθειραι
ἄστρων μαρμαρέων περικαλλέες ἠερέθονται.
ταύρεα δ' ἀμφοτέρωθε δύο χρύσεια κέρατα
ἀντολίη τε δύσις τε, θεῶν ὁδοὶ οὐρανιώνων,
ὄμματα δ' ἠέλιος καὶ παμφανόωσα σελήνη
οὖς δέ οἱ ἀψευδὲς βασιλήιον ἄφθιτος αἰθήρ,
ᾧ δὴ πάντα κλύει καὶ φράζεται· οὐδέ τίς ἐστιν —.

u. 26: ὦμοι μὲν καὶ στέρνα καὶ εὐρέα νῶτα θεοῖο
ἀὴρ εὐρυβίης· πτέρυγες δέ οἱ ἐξεφύοντο,
ταῖς ἐπὶ πάντα ποτᾶθ'· ἱερὴ δέ οἱ ἔπλετο νηδύς
γαῖα τε παμμήτειρ', ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα,
μέσσα δὲ ζώνη βαρυηχέος οἶδμα θαλάσσης
καὶ πόντου· πυμάτη δὲ βάσις χθονὸς ἔνδοθι ῥίζαι
τάρταρά τ' εὐρώεντα καὶ ἔσχατα πείρατα γαίης.

Huc et ducenda uidentur illa papyri V (p. VIII 5): σοῦ δὲ τὸ ἀένναον κωμαστήριον ἄνω ἀφίδρυται et in pap. Mimaut d. L. u. 129: ᾧ ὁ οὐρανὸς ἐγένετο κωμαστήριον.[1])

Iuuat adnotare simillimam mundi figurationem et posterioris aeui philosophis placuisse: depingitur mundus quasi animal, cuius oculi sint stellae, sol cor, iecur luna, stomachus uero et nares terra ac mare, apud Plut. de fac. lun. 15. Pythagoreis autem illis posteris mundus uidebatur speciem praebere corporis humani (Epiphan. c. haer. 1, 5).

Sententias uero illas uersuum fragmenti orphici 1—6 et 11—14 (uid. p. 778 sq.) et simillimas uerborum in papyro antecedentium esse re uera 'Orphicas' ut probem, locorum copiam aduoco tantum, ne in his nimis longus sim: hymn. O. XVIII 17, XVII [2] 7, XXIX 10, LV 6. fr. O. 164. fr. 7. fr. 5, 9; 6, 10. h. V 36, IV 5 in appendice Abelii. h. 11, 10; 13, 5. 20, 5; 73, 2. fr. 238/39.

1) Adiungas simillimae sententiae Hebraeorum simplicissimam formam, unde nescio an quid huc manarit: Iesaiae cap. LXVI 1 apud LXX: ὁ οὐρανός μου ὁ θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου (cf. Matthaei eu. c. V 34 et 35. XIII 22. Actorum VII 49).

Apparet illa papyrorum enuntiata quae in p. 761 sq. composui et omnia quae hic attuli similia e uersibus in pedestrem sermonem discerpta esse. nec minus ueri simile esse uidetur uersus illos quattuordecim sic conglutinatos esse e carmine maiore, quod siue ipsum fons erat enuntiatorum illorum siue simillimum erat fonti. uideas apud Diltheyum l. c. p. 376 et 77, quo modo hymnus triginta uersuum a scriptore magico redactus sit in hymnum duodecim uersuum. hos uero uersus dilacerantes quomodo rem egerint magici illi homunciones perspicuum est. alium enim uerborum ordinem constituerunt, haec eiecerunt sensus ratione uix habita, illa addiderunt, quae eis aliunde in promptu erant — interposuerunt tum plura tum pauciora 'ephesia grammata'. etiam atque etiam parta sunt innumera apographa: — ut ita dicam — stoliditate et leuitate obstetricibus.[1])

Si quis quando has res denuo tractare uelit, multa noua fortasse statuere poterit de Orphicis, praesertim postquam sex noui hymni — inter quos iambici — a Wesselyo in papyris Paris. et Lond. l. c. nuper editi sunt.[2]) multo enim quam putant artiore uinculo hymni illi cum rebus magicis coniuncti sunt; re uera carmina illa in sacrificiis recitata esse quis illis quae exposui probatis negabit?[3]) ac sacrificia magica illa ad similitudinem illorum sacrorum efficta esse perfacile est ad demonstrandum. in Aegypto composita esse carmina Orphica paene nunc elucet[4]), sed multo priore aetate quam Nonnus eiusque sectatores floruere.[5]) si recta sunt, quae de papyri tempore statuemus (p. 779 sq.), iam ca. annum 200. p. Chr. hymnorum thensauros ad manus fuisse compilatoribus magicis certum est.

Hymni fragmentum

p. VII 33 — VIII 5 editur restitutum.[6])

τίς μορφὰς ζῴων ἔπλασεν; τίς δ᾽ εὗρε κελεύθους;*
τίς καρπῶν γενέτης; τίς δ᾽ οὔρεα ὑψόσ᾽ ἔγειρεν;
3 τίς δ᾽ ἀνέμους ἐκέλευσεν ἔχειν ἐνιαύσια ἔργα;

---

1 επλαϲε P επλαγε L⟨eemansius⟩ legit δε P quales κελεύθους? hiat poema [* lacunam significat] 2 γεννητηϲ P ἔγειρεν Herwerdenus in Mnemos. 1888 p. 31 3 δε P ad hiatus illos οὔρεα ὑψόσ᾽ — u. 2 et καὶ ὕδατι u. 14 cf. GHermannus de hiatu in Orphicis impr. p. 725

---

1) Cf. Dilthey l. c. p. 383.

2) De quibus egit Herwerdenus in Mnemosyne 1888 p. 2 sqq., qui iam tria carmina addidit. permulta uersuum frustula in pap. Parisina adhuc latent.

3) Cf. quae plane alia ratiocinatione adductus adumbrauit R. Schoell in satura philologa Hermanno Sauppio oblata. Berol. 1879 p. 178.

4) Dilthey l. c. p. 382.

5) Ca. Nonni tempora putat composita esse Dilthey l. c.

6) Omnia mea parata erant, cum Herwerdeni animaduersiones et in hunc hymnum in Mnemosynes uolumine ultimo (p. 31 sqq.) prodierunt. edidi sicut iam antea ordini philosophorum Bonn. tradideram praeterquam quod in u. 2 Herwerdeni ἔγειρεν recepi; cuius tamen adscripsi nonnullas coniecturas. optuma iam adumbrauerat anonym. in annal. Fleckeis. 1886, quem Herw. neglexit.

τίς δ᾽ αἰὼν αἰῶνα τρέφων αἰῶσιν ἀνάσσει;
5 εἷς θεὸς ἀθάνατος πάντων γενέτωρ σὺ πέφυκας
καὶ πᾶσιν ψυχὰς σὺ νέμεις καὶ πάντα κρατύνεις,
αἰώνων βασιλεῦ καὶ κύριε. — — —
— — — — — καὶ τρομέουσιν
οὔρεα σὺν πεδίοις πηγῶν ποταμῶν τε τὰ ῥεῖθρα
καὶ βυσσοὶ γαίης καὶ πνεύματα πάντα τὰ φύντα·
10 οὐρανὸς ὑψιφαής σε τρέμει καὶ πᾶσα θάλασσα
κύριε παντοκράτωρ ἅγιος καὶ δέσποτα πάντων·
σῇ δυνάμει στοιχεῖα πέλει καὶ φύεθ᾽ ἅπαντα*
ἠελίου μήνης τε δρόμος νυκτός τε καὶ ἠοῦς*
14 ἀέρι καὶ γαίᾳ καὶ ὕδατι καὶ πυρὸς ἀτμῷ.

---

4 αιωναινα P αἰῶνα ἵνα L. αἰῶν᾽ ἀναστρέφων L. ci. cf. anonym. in annal. Fleckeisen. 1886 p. 113. cf. pap. W 13, 36; 23, 3; pap. Paris. 1169; 2196 τίς δ᾽ αἰῶνα τρέφων αἰῶσιν ⟨ἐς αἰὲν⟩ ἀνάσσει; Herw. l. c. p. 32 5 γεννητωρ P 7 τρεμουσιν P τρ.εμουσιν L. legit. hiat oratio. caue ne σέ (Herwerd. l. c.) uel potius ὃν τρομέουσιν corrigas! 8 παιδιοις P παιδίοις πηγῶν L. explicauit: 'fonticulis' hebraismum statuens! ριθρα P ποταμῶν τε ῥέεθρα Herwerd. l. c. 9 βυσυσσας P βυσσοί L. [κ]αὶ L. 10 ὑψιφανής L. 11 ἅγιε P ἁγιώτατε δέσποτα π. Herwerd. l. c. 12 ση δυναμιστυχεια P ση δυναμισστυχεια L. legit. φύεται παντα L non rectum, etsi linguae Aegyptiorum aptum. φυεταπαντα et Herwerd. legit. 13 / ꟷ|HNHC P fissura deletae partes litterarum μ et η. μνησται L. legit. ὕμνησται! L. ci. cf. anon. in annal. Fleckeis. p. 113 [κ]αί L 14 αερει P ατμω P αγμω Ll ἀκμῇ Lc cf. anon. l. c. p. 113. ultimos uersus Herwerd. sic constituit:

σῇ δύναμει στοιχεῖα πέλει καὶ φύρεθ᾽ ἅπαντα
ἠέρι καὶ γαίῃ καὶ ὕδατι καὶ πυρὸς ἀτμῷ.
* * * * * * * *
ἠελίου μήνης τε δρόμος νυκτός τε καὶ ἠοῦς.

de conexu uersuum cf. quae adnotaui in p. 778 sq.

Vita.

Natus sum Albrechtus Dieterich Hersfeldiae Chattorum anno h. s. LXVI. mensis Maii die secundo patre Albrechto matre Henrietta e gente Muenscher. quae mater mihi iam puero acerbo fato erepta est. fidem profiteor euangelicam.

Elementa postquam in ludo litterarum didici, percurri gymnasium Hersfeldense, cuius scholae olim auus meus per 38 annos rector, pater per 35 annos praeceptor fuere. maturitatis testimonio auctus uere anni LXXXIV. in uniuersitate Lipsiensi philologiae studiosus esse coepi. nec non et theologiae per priora semenstria operam nauaui. inde a uere anni LXXXVI. me totum philologiae tradidi in hac musarum sede Rhenana, ubi adhuc numeror inter ciues academicos.

Docuerunt me Lipsiae uiri clarissimi Arndt, de Bahder, G. Curtius †, Crusius (nunc Tubingensis), Drobisch, Hansen, Heinze, Hirzel (nunc Ienensis), Lipsius, Reclam †, Ribbeck, Roscher, Zarncke, Windisch philosophi; Delitzsch, Fricke, Guthe, Hoelemann †, Kahnis † theologi. Bonnae me docuerunt uiri clarissimi Buecheler, Kekulé, Luebbert, Nissen, Vsener, Wiedemann, Wilmanns.

Seminarii philologi Lipsiensis sodalis fui extraordinarius per quater sex menses, Bonnensis per sex menses. factum est Buecheleri, Luebberti, Vseneri beneuolentia, ut in seminarium philologorum Bonnensium reciperer, cuius per tria semenstria sodalis fui, per unum senior. exercitationibus grammaticis me benigne admisit Windisch, archaeologicis Kekulé, philologicis et epigraphicis Buecheler. seminarii germanici Lipsiensis, quod moderabantur Zarncke et de Bahder, fui sodalis extraordinarius, Bonnensis, quod moderabatur Wilmanns, ordinarius.

Quibus omnibus uiris gratias ago quam maximas; neque obliuiscendum mihi est, quanta olim comitate me imperitum instruxerit Hirzelius. quantum uero debeam praeceptoribus Bonnensibus Buechelero, Luebberto, Vsenero uerbis ac uocibus explicari nequit. utinam aliquando tali disciplina non prorsus indignus fuisse uidear!

Nec non memoro licuisse mihi amanuensi Schaarschmidtii liberalitate bibliothecae regiae uniuersitatis thensauris per ter sex menses uti liberrime.

Sententiae controuersae.

I. a) Aeschyli Prom. u. 447 sqq. sic lege:

βοᾷ δὲ πόντιος κλύδων
ξυμπίτνων cθένει βαθύc,
κελαινὸc δ᾿ Ἄϊδοc ὑποβρέμει μυχὸc γᾶc,
παγαί θ᾿ ἁγνορύτων ποταμῶν
cτένουcιν ἄλγοc οἰκτρόν.

codd. cτένει. solent edere: cτένει βυθόc κελαινὸc Ἄϊδοc κτλ. cf. schol. Med.: ἀπ᾿ εὐθείαc τῆc τὸ cτένοc (corrige: cθένοc).

b) Ib. u. 795 sic legas:

τί δ᾿ ὄντιν᾿; οὐ πάρεcτιν αὐδᾶcθαι τόδε.

cod. γὰρ· ῥητόν (cf. u. 794: εἰ ῥητόν, φράcον).

II. Aesch. Choeph. u. 303 lege:

Τροίαc ἀναcτατῆραc εὐδόξῳ χερί.

codd. φρενί (cf. u. 305 φρήν).

III. Aesch. Pers. u. 436 uelim mutare:

παθῶν δὴ πέλαγοc ἔῤῥωγεν μέγα.

cod. κακῶν (cf. u. 432 κακῶν et u. 438 κακόν).

Item in Supplic. u. 478 propono:

παθῶν δὲ πλῆθοc ποταμὸc ὥc ἐπέρχεται.

cod. κακῶν (cf. u. 480 κακῶν).

IV. Sophoclis Electr. u. 345 sq. sic emendandus est:

ἔπειθ᾿ ἑλοῦ γε θάτερ᾿ ἢ φρονεῖν κακῶc
ἢ cωφρονοῦcα τῶν φίλων μνήμην ἔχειν,

codd. ἢ τῶν φίλων φρονοῦcα μὴ μνήμην ἔχειν.

V. Soph. Trach. u. 335 sqq. restituas:

αὐτοῦ γε πρῶτον βαιὸν ἀμμείναc, ὅπωc
cταθεῖc᾿ ἄνευ τῶνδ᾿ οὕcτιναc τ᾿ ἄγειc ἔcω
ὧν τ᾿ οὐδὲν εἰcήκουcαc ἐκμάθῃc ἃ δεῖ.

codd. μάθῃc ἄνευ τῶνδ᾿ οὕcτιναc ἄγειc ἔcω — ἐκμάθῃc τ᾿ ἃ δεῖ (τ᾿ post οὕcτιναc inseruere iam Wunderus et Schneidewinus).

VI. a) Fragm. Soph. 344 N. traditur:

πόνου μεταλλαχθέντοc οἱ πόνοι γλυκεῖc.

sumas rectam hanc uersus partem:

— μεταλλαχθέντεc οἱ πόνοι γλυκεῖc.

(peracti labores iucundi.)

b) Ib. fragm. 665 N. legunt:

— τὸ πρὸς βίαν
πίνειν ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῆν βίᾳ.

legendum: — τὸ πρὸς βίαν πιεῖν
ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῆν λίαν.

VII. Phoenissarum Euripidis uersus extremos inde a u. 1554 (ed. Kirchh.) usque ad finem spurios esse stricte demonstrari potest.

VIII. Aristophanis ran. u. 403 sqq. emendo sic:

σοὶ γὰρ κατασχίσωμεν ἐπὶ γέλωτι
κἀπ᾽ εὐτελείᾳ τόν τε σανδαλίσκον
καὶ τὸ ῥάκος. ἐξεῦρες ὥστ᾽ κτλ.

uolg. (Ven.) σὺ γὰρ κατεσχίσω μὲν — κἀξεῦρες κτλ. Rau. σὺ γὰρ κατασχίσω μὲν — ἐξεῦρες. Suidas: σοὶ γὰρ διδόαμεν ἐπ᾽ εὐτελείᾳ κτλ.

IX. In Dionysii Halicarn. rhet. uol. V p. 356 traditur: ἡ δὲ Μελανίππη ἐπαιδεύθη μὲν ὑπὸ Ποσειδῶνος, γέγονε δὲ ταύτῃ παιδία δύο κτλ. pro ἐπαιδεύθη scribas non cum Valckenaerio ἐπλήσθη, sed ἠπατήθη collato Eratosthenis loco catast. c. 18: Εὐριπίδης δέ φησι Μελανίππην εἶναι τὴν τοῦ Χείρωνος θυγατέρα, ὑπ᾽ Αἰόλου δὲ ἀπατηθεῖσαν φθαρῆναι κτλ.

X. Differentiam, quae statuitur de pontificum Romanorum numero, quoniam Liuius X 6, 6 quattuor additis octo factos esse lege Ogulnia tradit et Bahrdtius in progr. gymn. Guil. Berol. ann. 1871 p. 10. 11. 32 inde a secundo bello Punico usque ad pugnam Pydnae nouem fuisse demonstrat (cf. Cic. de re publ. 2, 14, 26: Numam V induxisse pontifices), expedimus suspicati Liuium non numerasse pontificem maximum.

XI. Ciceronis orat. de domo par. 118 scribo: 'ad quam non collegium, non honoribus populi Romani ornatum pontificem, non denique alium quam adulescentem, cum —, adhibere potuisti.' codd.: non denique adulescentem quemquam etc.

XII. Catulli carm. LXVII u. 12 sic emendandus est:

uerum est ius populi! ianua quid faciet?

codd. 'uerum istius populi ianua qui te facit'. 'uerum isto in populo ianua quid faciet?' Riese ('est uox populi' Baehrens. 'est os populi' Ellis).

XIII. Tituli CIL III 21 tres extremos uersus sic scribas:

u. 4. sic nomen Decimi Centianni pyramide alta
pontificis comitisque tuis, Traiane, triumphis
lustra sex intra censoris consulis extet.

'esse' descripsere olim e titulo nunc oblitterato. in u. 4 'sit' uar. lect.
